
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

KW 224
A 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43



C. VELLEII PATERCULI

quæ ſuperſunt.

NICOLAUS HEINSIUS DAN. F.

recenſuit,

& caſtigationum libellum addidit.

AMSTELODAMI,

Ex Officina Elzeviriana. *A°. 1678.*

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Perilluſtri & Ampliſſimo Viro

CASPARI FAGEL,

Primario Rei publicæ in Batavis Adminiſtro,

NICOLAUS HEINSIUS DAN. F.

S. P. D.

QUantum detrimenti ceperit res litteraria, Caſpar Fageli, Vir eximie, hæc præſertim, quæ ab humanitate perhibetur, tot deperditis jam olim ex antiquitate Romana notæ inſignitæ ſcriptoribus, (ne quid de Græcis nunc dicatur, quibus ingenii facundiæque principatu Latini veteres illi cedebant ultro, ſeque proximos iis hac cenſeri laude non indignabantur) vel unus fidem fecerit Paterculus hic Velleius, ſcriptor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

mehercules inter paucos nitore ac cultu mirifico caſtigatæ orationis ſpectandus. Qui niſi ſæculo ſuperiore, neſcio quo caſu, optimo certe artium bonarum fato, repertus eſſet in carioſo Morbacenſis bibliothecæ latibulo, ac luci vindicatus per Beatum Rhenanum, virum inter eruditos præſtantem, nec hoc uno nomine de litteris ſub illam tempeſtatem inſtauratis perpulchre meritum, ne fando quidem compertus nobis aut per famam traditus foret, niſi dubie fortaſſis ac ſubobſcure: adeo ex omni antiquitate vix unus atque alter occurrunt, quorum ope vel nudum ſcriptoris tam exquiſiti nomen ad poſteros ſit propagatum. Quamquam exemplar illud, vetuſta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

admodum manu deſcriptum, magnaque ſui ex parte lacerum ac truncum, cui unico acceptum referimus theſaurum tantum, horum omnium, quæ priori cum maxime è libro non pauca ſunt amiſſa, ingens in nobis excitavit deſiderium: cum liquido ſatis ſine iis perſpectum non habeatur potiſſimum noſtri hujus inſtitutum. niſi tamen quod ſub extrema operis non tam ſuo, quam ſæculi, quo vixit, projecto in aſſentationem more, cum Cæſarem Tiberium frequenter palpet immodicus, ac ab eodem qua domi qua militiæ geſta in majus extollenda ſibi proponat manifeſta plus ſatis cum oſtentatione, hunc præcipue lucubrationis ſcopum reſpexiſſe poſſit vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

deri, ut res Romanas ab Trojano excidio, ac ſubſecutis Æneæ erroribus (is enim auctor nobilitatis Juliæ, in quam adoptionis jure tranſiſſe conſtat Tiberium) exorſus, ad ſua eaſdem deducat tempora: interſperſa tamen hic illic digreſſione non una, quæ Græcorum aliarumque gentium geſta in tranſcurſu delibet: quod illi moris eſſe, è reliquis, quæ ad nos pervenere, liquido ſatis apparet. Hinc Albanos & Sabinos Reges, cum Atta Clauſo, totque Juliæ ac Claudiæ patriciarum gentium proceres, florente poſt Tarquinios ejectos re Romana, occaſionem non longe quærendam præbuiſſe crediderim Velleio, ut narrationis filum præcipue extenderet, cum ad unum-

quemque ſtirpis alterutrius eſſet perventum, quorum in patriam merita, quales hinc inde offerebant ſe plurimi, minime cenſerentur obſcura: atque huc id oblique direxiſſe conſilium, ut, captato Principis favore, non arduam ad honores in re publica primos obtinendos ſibi aperiret viam, jam Præturâ defunctus. Porro præter id, quod prodebam modo, Velleianum monaſterii Morbacenſis codicem mutilatum miſerrime ad nos perveniſſe, utinam aliud nihil de fortunæ malignitate reſtaret conquerendum hic nobis! cum codex is ipſe crebra librarii oſcitantis æque ac inſciti ſocordia maculis non modo continuis iiſque fœdiſſimis ſit pudendum
 aſper-

aſperſus in modum, verum, quod iniquius multo ferendum reor, interpolatus quoque paſſim, ac futiliſſimis gloſſematis, ſive interpretamenta dici mavis, præter Velleii mentem hic illic inculcatis adeo indigne habitus, ut non modo plurimum officiant ea luminibus terſiſſimæ orationis, ſed mentem auctoris ac narrationis decurſum omnem morentur, & in contraria quandoque perperam detorqueant. Quippe quis credat, ut alia nunc omittantur majoris rei, de quibus ſuo loco in Caſtigationibus ſubinde noſtris erit dicendum, diſertiſſimum ſcriptorem toties iteraſſe illud, *ut prædiximus*; quod odioſe nimis occentatum paſſim videmus, tunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

quoque, cum nihil omnino, quo id referri commodùm poſſit, præceſſit. Ceterum numeratus quidem eſt hic ſcriptor jam à teneris, quod ajunt, unguiculis inter delicias mihi potiores: ſic tamen, ut nuſquam ſim opinatus, lucubrationis quicquam hunc illuſtraturæ aut publicos in uſus aut meam privatim in rem chartis à me committendum fore. Evenit tamen nuper admodum præter animi ſententiam, cum bis terve ad Hollandos Boreales rei familiaris cura me evocaſſet, adſcito forte hoc ipſo in viam Velleio comite, cujus jucundus ſermo itineris tædium languenti detergeret, ut nonnulla intentioris curæ poſt meditationem inter legendum ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ſervarim correxerimque mendoſe hactenus circumlata: quæ cum viros ſæculi noſtri præcipuos, eoſque numero complures, qui Paterculum ex profeſſo ſuis ſuſceperant illuſtrandum animadverſionibus, præteriſſent, rem non omnino ſtudiis noſtris inutilem videbar facturus, ſi ea publico impertirem: hoc præſertim tempore tam funeſto, tamque Muſis alieno, quo ad majora excitari erigique animus gravabatur. Tibi vero, Fageli, vir cordate, cur opellam tam tenuem, tamque frugis te dignæ infecundam offerre non erubeſcam, cujus illuſtre nomen, totque rebus præclare pro communi bono geſtis abunde cognitum, nihil triviale admittebat, rationes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

mihi anxie multumque non ſunt circumſpiciendæ. Sive enim tuum in artes liberales metiri adfectum libet prorſus eximium, quo fit, ut & tibi nihil harum ſordeat, & ego nonnullo me apud te loco eſſe non poſſim, niſi parum gratus, diſſimulare; ſive ſpectantur teſtata famæ illa in publicum merita tua, eſt profecto, cur & eo nomine non minimum tibi à me, cives inter haud malos profitente nomen, debeatur. Quippe cum perdiuſque ac pernox totum te rei patriæ ordinandæ inſtaurandæque, ut ſunt tempora, impendas atque indulgeas, artium tamen bonarum amorem, quem una cum materno lacte jam infans olim duxiſti, adeo non ejuran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

dum arbitraris, ut ad has ipſas denuo familiares tibi reddendas animo omni ſis aſpiraturus, ſi tibi tuo eſſe quandoque detur per Proceres noſtros, perque inclytum Arauſionis Principem. qui cum pulchre, uti oportet, te intelligant, tantoque cive patriam ſine præſentiſſimo ſalutis publicæ diſcrimine orbari haud poſſe non ignorent, poſtulatis ac deſideriis tuis, tranquillioris vitæ portum anhelantibus, pro virili renituntur: cum obverſentur omnium adhuc animis conſulta illa tua, rei patriæ tam ſalutaria, quando hoſtis potentiſſimus, continuo ad hæc & ultra votum adfluente armorum ſucceſſu elatus, jugulis noſtris intimiſque publicæ rei viſceribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

bus non ita nuper incumbebat. Nihil arte tanta, tanto locorum ingenio munitum occurrebat uſquam, quod non ad primos victoris impetus, tamquam vi quadam rapidiſſimi turbinis correptum convulſumque, proſterneretur. Huc accedebat internæ ſeditionis malum longe atrociſſimum, bellique apparatum omnem mire conturbabat. Nam quid nunc dicam, quis terror ille Panicus quantuſque militem noſtrum, etiam veteranum, defixerit? quanta trepidatione circumfuderit militiæ togatæ adſcriptos? Inventum tamen eſt, poſt ipſum Principem, in hac tanta conſternatione, quod hoſtilis fortuna non labefactaret, aut propelleret loco: animus, inquam,

tuus, adverſus fulmen iſtud fatale inconcuſſus plane, & numquam ſibi diſpar, cui ſalutis noſtræ partem haud exiguam, ſi rationes non iniquè ſubducuntur, debemus. Sed hæc cum itura ſint in annales, & decoris ingeniis meſſem uberrimam exercendæ facundiæ præbitura olim; hic tamen, etſi loco cum maxime alieno, indelibata tranſmitti vix oportebat, operoſius vel ſic à me nunc profitenda, niſi apud te ſermonem mihi eſſe meminiſſem, cujus auribus, ut tui parcus ac ſeverus æſtimator es, ſilentium invitus præſto. Vale, vir magne, & communi bono ætatem proſperam age diuturnus. E ſeceſſu Vianenſi ad Leccam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

LECTORI
SALUTEM.

STerilem profecto campum ſuſcepi arandum, Lector, quiſquis es, quando poſt tot interpretes elegantiſſimi hujus Paterculi, viros humanioris litteraturæ principes, coſque mirum in modum induſtrios hic ac ſollertes, nullis omnino adminiculis, quod caput rei eſt, inſtructus, quæ & illis haud patuerint, hoc eſt, ſola Rhenani editione, omnium prima, adhibita, quæ mihi harum caſtigationum præcipuus fundus fuit, aggreſſus ſim ſcriptorem tam concinnum emendatiorem atque ornatiorem velle præſtare. Nihil enim à ſcriptis exemplaribus opis ſperandum fuit, poſt amiſſum Morbacenſem codicem, qui unicus Velleium nobis conſervavit. Non eſt quidem cur diffitear, hunc ſcriptorem jam ab ipſo ſtudiorum tirocinio fuiſſe familiarem mihi, nuſquam reputanti tamen fore aliquando, ut mea qualicumque opera illuſtratus prodiret in publicum. Vocata nihilominus nuper ſub

examen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

examen editione, quam dixi, Baſileæ typis deſcripta anno ſæculi ſuperioris viceſimo, complura præter ſpem ſeſe illic obtulerunt mihi, quæ aut perperam immutata poſt erant, cum tentari non deberent, aut quæ graviter in ipſis membranis adfecta per librarios conjecturæ noſtræ, poſt aliorum conatus, nonnihil loci relinquerent. Ea in unum collecta juris tui facienda eſſe duxi, ſecundis fortaſſe curis exaſcianda curatius, (ſunt enim properata plus ſatis) ſi ſtudium hoc noſtrum non faſtidiri abs te cognovero. Ceterum de tot Velleii interpretibus quod modo præ me ferebam, ne fruſtra dictum arbitreris, cum ex iis ſint nonnulli haud omnium oculis expoſiti, en numero non paucos. Ac primo quidem loco Beatus Rhenanus & Johannes Albertus Burrerius cenſendi veniunt, quibus vitam Velleius debet. Hos exceperunt Aldus Manutius & Fulvius Urſinus inter Italos celeberrimæ exiſtimationis viri: tum Jacobus Schegkius & Valens Acidalius, egregia Germaniæ ſuperioris ornamenta. Inde Juſtus ille Lipſius, Janus Gruterus, Gerar-

dus

dus Ger. Jo. F. Voſſius, & Auſonius Popma, Belgæ quatuor & noſtrates. E quibus Lipſius tot conjecturis pulcherrimis Paterculum emaculavit, ut, cum ubique ſit in ſcriptis felix ac præſtabilis, hic tamen ſemetipſum videri poſſit poſt ſe reliquiſſe. Nec minoris Voſſius in tantilla ætate induſtriæ, quæ ſi ematuruiſſet, paternæ eruditionis gloriam haud dubie videbatur adæquatura. Grutero etiam, tot aliis lucubrationibus famæ commendato, ſua laus hic debetur. Nam Popmæ opella ut tenuior, ſic paucis comperta. Quid de poſtumis Claudii Puteani annotatis nunc dicam? in quibus exhibentur complura ingenio laudatiſſimi viri haudquaquam indigna. His & annumerari poſſint, Johannis Henrici Boecleri ac Chriſtophori Adami Ruperti in Velleium annotata, quibus ultimus acceſſit nuper Robertus Riguez: ſed cum illorum curæ, alio ut plurimum converſæ, emendandis locis apud hunc noſtrum depravatis infrequentes admodum occupentur, à nobis quoque in hac lucubratione vix vocantur ad partes. Vides, mi Lector, ingentem

gentem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

gentem interpretum, qui nos præceſſere, copiam. Porro inſignita eſt M. Antonii Mureti, viri cetera diſertiſſimi, injuria, qua Velleii noſtri famam petebat, etſi opinionis ſuæ aſſertores poſtea nactus, qui hæc ejus cogitata pro ſuis vindicarint inventis. Quippe cum apud L. Annæum Senecam Naturalium Quæſtionum libri IV *præfatione hæc legiſſet, ubi agitur de adulatione,* Plancus artifex ante Villeium maximus, ajebat non eſſe occulte nec ex diſſimulato blandiendum, *reponebat,* Velleium, *ut noſter hic ſubintelligatur. Sed pulcherrime Lipſius,* Vitellium, *Cæſaris Vitellii patrem, putidiſſimum adulatorem, vel Tacito teſte, huc revocavit. Plancum vero intelligo illum, quem M. Antonio turpiter fuiſſe aſſentatum noſter ipſe aliique teſtantur. Gens Velleia Campanæ originis, ac proinde non donata civitate ante finitum ſociale bellum, etſi nobiliſſima ac primaria inter ſuos, ſera ad capeſſendos in urbe honores acceſſit. Hac è gente C. Velleius ſenator inter Epicureos ſui temporis doctiſſimus à Cicerone laudatus,*

poſtea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

poſtea & conſularis non unus emerſit, præſertim Velleius Blæſus, cujus viri ſua ætate locupletis meminit Plinius in epiſtolis. Reliquum eſt, cum Gloſſaria Labbæi nonnunquam in hiſce Caſtigationibus à me laudentur, ut edocearis, Virum cum eruditione tum officioſa humanitate præcipuum, atque ad promovendas artes ingenuas à natura in primis factum, Emericum Bigotium mihi communicata voluiſſe Gloſſaria ſub Philoxeni ac Cyrilli nomine jam pridem in vulgus emiſſa, ſed quæ Carolus Labbæus vir clariſſimus è codicibus manu exaratis caſtigarit auxeritque plurimis locis, majorem partem typis pridem deſcripta, cum tamen, nec ſcio quas ob cauſas, jam ab annis non paucis inter lentas bibliepolarum manus cum tenebris indigne luctentur. Vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

DE
VELLEII PATERCULI
VITA ET SCRIPTIS,
Ex Gerardi Joannis Vossii Opere de Hiſtoricis Latinis.

VELLEIUS PATERCULUS *primum tribunus militum in Thracia fuit, hinc præfectus equitum in Germania, exinde quæſtor, inque quæſtura, remiſſa ſorte provinciæ, legatus Tiberii bello Pannonico, denique primo Tiberii anno cum fratre Prætor deſtinatus: quæ univerſa de ſe ipſo narrat Velleius. Hoſce honores, & quos tum majores & conſanguinei geſſerint, his verbis complecti ſtuduit Aventinus, eos referens, è quibus in primo Annalium ſcribendo profecit:* P. Velleius Paterculus, homo militaris, ex celeberrimis Campanorum principibus prognatus, in Germania ſub Tiberio præfectus equitum fuit. Tribunus ante caſtrorum, item quæſtor, & legatus in bello Pannonico. Scripſit ſexto (decimo-ſexto *dicere debuerat*) imperii Tiberiani anno. Item majores ejus atavi, abavi, avi, patruus, pater, Magius Celer frater, diſciplina bellica, ac rebus civilibus clariſſimi extitere duces, prætores, judices, ſenatores, præfecti fabrûm, tribuni caſtro-

rum,

rum, legati imperatoribus Romanis fuerunt. *Hæc Aventinus. Hic Velleius duos hiſtoriæ ſcripſit libros ad M. Vinicium Conſulem, progenerum Tiberii Cæſaris, Tacito etiam memoratum in ſexto Annalium, qui illum patre, & avo, conſularibus ortum dicit: item Dioni libro extremo, ubi eum à Meſſalina docet interfectum, quod caput cum ea collimare nollet.* Vinucium *aliqui appellant: ſed Dioni quoque eſt* Οὐινίκιος. *Librorum Velleii bona pars deperiit. Dictio ejus planè Romana atque elegans. Quædam etiam habet, quæ haud alibi invenias. Sed in ſui ævi rebus nimis domui Auguſtæ, & Seiano adulatur. Juſtiores commentarios promittit libro* II. Harum præteritarumque rerum ordo, cum juſtius aliorum voluminibus promatur, tum, uti ſpero, noſtris explicabitur. *Ac poſtea*: Captum alterum, alterum deditum, juſtis voluminibus ordine narrabimus, ut ſpero. *Si Beatum Rhenanum audimus, qui primus Velleium in lucem protraxit, eſt idem ille, quem Tacitus vocat P. Velleium. Nec alia mens vel Jacobi Seheckii, vel Valentis Acidalii. Eamque ſententiam probant è codice Burrerii; ubi* Publius *appelletur, non* Gajus, *uti eſt in vulgatis. Sed nihil tale in variantibus Burrerii lectionibus reperias. Eſt & tertia ſententia. Nam* Marcum *vocat Priſcianus libro* VI. *Ita enim habet & antiquiſſima editio Veneta anni* CIↃ CCCC LXXVI, *& recentiſſima Heliæ Putſchii; imo & optimæ*

notæ

notæ codex MS. meus; ut omnino huic ſententiæ potius accedam.

Porrò & fragmentum quoddam Velleii, quod fruſtra in editis quæras, inveniſſe ſe ait Wolfgangus Lazius lib. I. *commentariorum Reip. Rom. cap.* VIII. *Inſcriptio illius erat;* VELLEII EXCERPTA E GALLICA HISTORIA. *Fragmentum ipſum iſtiuſmodi eſt:* Dum hæc circa Rhenum geruntur, in Noricorum finibus grave vulnus populus Romanus accepit. Quippe Germanorum gentes, quod Rhætias occupaverant, non longe ab Alpibus, tractu pari, patentibus campis, ubi duo rapidiſſimi amnes inter ſe confluunt, in ipſis Noricis finibus civitatem, non quidem muro, ſed vallo, foſſaque cinxerunt, quam appellabant Ciſara, ex nomine Deæ Ciſæ, quam religioſiſſime colebant. cujus templum quoque ex lignis barbarico ritu conſtructum, poſtquam eo colonia Romanorum deducta eſt, inviolatum permanſit, ac vetuſtate conlapſum nomen colli ſervavit. Hanc urbem T. Annius Prætor, ad arcendas barbarorum excurſiones, Kalend. Sextil. exercitu circumvenit. Ad meridianam oppidi partem, quæ ſola à continenti erat, Prætor ipſe, cum legione Martia, operoſiſſime communivit: ad occidentem vero, qua barbarorum adventus erat, Avar, Bogudis Regis filius, cum equitatu omni, & auxiliaribus Macedonum copiis, in-

ter

ter flumen & vallum, loco caſtris parum amplo, infelici temeritate extra flumen conſedit. Pulchra indoles, non minus Romanis quam Græcis literis inſtructa. Igitur LIX die, quam eo ventum eſt, cum is dies deæ Ciſæ celeberrimus ludum & laſciviam magis, quam formidinem, oſtentaret; immanis barbarorum multitudo, ex proximis ſilvis repente erumpens, ex improviſo caſtra irrupit. Equitatum omnem, &, quod miſerius erat, auxilia ſociorum delevit. Avar, cum in hoſtium poteſtatem regio habitu vivus veniſſet; pecudis more mactatur. Oppidani vero, non minori fortuna, ſed majori virtute, Prætorem in auxilium ſociis properantem adoriuntur. Romani haut ſegniter reſiſtunt. Duo Principes oppidanorum, Habbino & Caccus, in primis pugnantes cadunt. Et inclinata jam res oppidanorum erat, ni maturaſſent auxilium ferre ſocii, in altera ripa jam victoria potiti. Denique coadunatis viribus caſtra irrumpunt. Prætorem, qui paullo altiorem tumulum fruſtra ceperat, Romana vi reſiſtentem obtruncant. Legionem divinam, ut ne nunciusupereſſet, funditus delent. Verres ſolus, tribunus militum amne tranſmiſſo, in proximis paludibus ſe occultans, honeſtam mortem ſubterfugit. Nec multo poſt Siciliæ Proconſul immani avaritia turpem mortem promeruit. *Etiam lib.* V *ejuſdem operis cap.* V,

&

& aliis aliquot locis. Velleiani hujus fragmenti meminit Lazius. Sed qui naſum habet, ſatis odoratur, ſtylum ejus ſapere ſcriptorem, qui ſeculis aliquot Velleio junior ſit. Nec in re pauca ſunt, quæ peccentur. Ea adferrem, niſi id cum cura feciſſet vir ſummus, Marcus Velſerus, in rerum Auguſtanarum Vindelicarum libris. Sed monere operæ pretium videtur, fragmentum hoc totum, paucis tamen inſertis, legi apud Conradum à Lichtenau, Abbatem Urſpergenſem: quem in Chronico vide poſt ea, quæ de anno MCLXVII *expoſuit. Lemma ejus capitis eſt*, De Auguſta Vindelicorum, vel Rhætiæ. *Ætatem ejuſce Conradi inde cognoſcimus, quod initio Pontificatus Innocentii tertii, hoc eſt, anno* CIↃCXCVIII, *laïcum ſe, atque adeo minorennem fuiſſe, dicat: anno autem* CIↃCCXV *referat ſe Abbatem factum Urſpengenſem: hiſtoriam vero ſuam perducat ad annum* CIↃCCXXIX. *Quare, aut ex Abbate Urſpergenſi id fragmentum fuerit: aut inde, unde ea hauſerat Urſpergenſis.*

C. VELLEII PATERCULI

HISTORIÆ ROMANÆ

AD

M. VINICIUM Cos.

LIBER I.

Cap. I. *** tempeſtate diſtractus à duce ſuo Neſtore, Metapontum condidit. Teucer, non receptus à patre Telamone, ob ſegnitiam non vindicatæ fratris injuriæ, Cyprum adpulſus, cognominem patriæ ſuæ Salamina conſtituit. Pyrrhus, Achillis filius, Epirum occupavit. Phidippus Ephyram in Theſprotia. at rex regum Agamemnon, tempeſtate in Cretam inſulam rejectus, tres ibi urbes ſtatuit, duas à patriæ nomine, unam à victoriæ memoria, Mycenas, Tegeam, Pergamum. idem mox, ſcelere patruelis fratris Ægiſthi, hereditarium exercentis in eum odium, & facinore uxoris oppreſſus occiditur. regni potitur Ægiſthus per annos VII. hunc Oreſtes, matremque, ſocia conſiliorum omnium ſorore Electra, virilis animi femina, obtruncat. factum ejus à Diis comprobatum ſpatio vitæ & felicitate imperii apparuit: quippe vixit annis XC. regnavit LXX. qui ſe etiam à Pyrrho, Achillis filio, virtute vindicavit. nam, quod pactæ ejus, Mene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

lai atque Helenæ filiæ Hermiones nuptias occupaverat, Delphis eum interfecit. Per hæc tempora Lydus & Tyrrhenus fratres cum regnarent in Lydia, ſterilitate frugum compulſi, ſortiti ſunt, uter cum parte multitudinis patria decederet. ſors Tyrrhenum contigit. pervectus in Italiam, & loco & incolis & mari nobile ac perpetuum à ſe nomen dedit. Poſt Oreſtis interitum, filii ejus Penthilus & Tiſamenus regnavere triennio.

CAP. II. Tum, fere anno octogeſimo poſt Trojam captam, centeſimo & viceſimo quam Hercules ad Deos exceſſerat, Pelopis progenies, quæ omni hoc tempore, pulſis Heraclidis, Peloponneſi imperium obtinuerat, ab Herculis progenie expellitur. duces recuperandi imperii fuere, Temenus, Creſphontes, Ariſtodemus; quorum abavus fuerat. Eodem fere tempore Athenæ ſub regibus eſſe deſierunt: quarum ultimus rex fuit Codrus, Melanthi filius, vir non prætereundus. quippe, cum Lacedæmonii gravi bello Atticos premerent, reſpondiſſetque Pythius, quorum dux ab hoſte eſſet occiſus, eos futuros ſuperiores; depoſita veſte regia, paſtoralem cultum induit, immixtuſque caſtris hoſtium de induſtria, imprudenter, rixam ciens, interemptus eſt. Codrum cum morte æterna gloria, Athenienſes ſecuta victoria eſt. quis eum non miretur, qui his artibus mortem quæſierit, quibus ab ignavis vita quæri ſolet? Hujus filius Medon primus Archon Athenis fuit. ab hoc poſteri apud Atticos dicti Medontidæ. ſed ii, inſequenteſque Archontes, uſque ad Charopem, dum viverent, eum honorem uſurpabant. Peloponneſii, digredientes finibus Atticis, Megaram mediam Corintho Atheniſque urbem condidere. Ea tempeſtate & Tyria claſſis, plurimum pollens mari, in ultimo Hiſpaniæ tractu, in extremo noſtri orbis termino inſulam circum-

cumfuſam Oceano, perexiguo à continenti diviſam freto, Gades condidit. ab iiſdem poſt paucos annos in Africa Utica condita eſt. Excluſi ab Heraclidis Oreſtis liberi, jactatique cum variis caſibus, tum ſævitia maris, quintodecimo anno ſedem cepere circa Lesbum inſulam.

CAP. III. Tum Græcia maximis concuſſa eſt motibus: Achæi ex Laconica pulſi, eas occupavere ſedes, quas nunc obtinent: Pelaſgi Athenas commigravere: acerque belli juvenis, nomine Theſſalus, natione Theſprotius, cum magna civium manu, eam regionem armis occupavit, quæ nunc ab ejus nomine Theſſalia appellatur, ante Myrmidonum vocitata civitas. Quo nomine mirari convenit eos, qui Iliaca componentes tempora, de ea regione, ut Theſſalia commemorant: quod cum alii faciant, Tragici frequentiſſime faciunt. quibus minime id concedendum eſt. nihil enim ex perſona poëtæ, ſed omnia ſub eorum, qui illo tempore vixerunt, dixerunt. quod ſi quis à Theſſalo, Herculis filio, eos appellatos Theſſalos dicet: reddenda erit ei ratio, cur numquam ante hunc inſequentem Theſſalum, ea gens id nominis uſurpaverit. Paullo ante Aletes, ſextus ab Hercule, Hippotis filius, Corinthum, quæ antea fuerat Ephyre, clauſtra Peloponneſi continentem, in Iſthmo condidit. Neque eſt, quod miremur ab Homero nominari Corinthum. nam ex perſona poëtæ & hanc urbem, & quaſdam Ionum colonias iis nominibus appellat, quibus vocabantur ætate ejus, multo poſt Ilium captum conditæ.

CAP. IV. Athenienſes in Eubœa Chalcida & Erethriam colonis occupavere; Lacedæmonii in Aſia Magneſiam. Nec multo poſt Chalcidenſes, orti, ut prædiximus, Atticis Hippocle & Megaſthene ducibus, Cumas in Italia condiderunt.

hujus claſſis curſum eſſe directum alii columbæ antecedentis volatu ferunt, alii nocturno æris ſono, qualis Cerealibus ſacris cieri ſolet. Pars horum civium magno poſt intervallo Neapolim condidit. utriuſque urbis eximia ſemper in Romanos fides facit eas nobilitate atque amœnitate ſua digniſſimas. ſed aliis diligentior ritus patrii manſit cuſtodia: Cumanos Oſca mutavit vicinia. Vires autem veteres earum urbium hodieque magnitudo oſtentat mœnium. Subſequenti tempore magna vis Græcæ juventutis, abundantia virium ſedes quæritans, in Aſiam ſe effudit. nam & Iones, duce Ione profecti Athenis, nobiliſſimam partem regionis maritimæ occupavere, quæ hodieque appellatur Ionia; urbeſque conſtituere, Epheſum, Miletum, Colophona, Prienen, Lebedum, Myuntem, Erythram, Clazomenas, Phocæam; multaſque in Ægæo atque Icario occupavere inſulas, Samum, Chium, Andrum, Tenum, Parum, Delum, aliaſque ignobiles. Et mox Æolii, eadem profecti Græcia, longiſſimiſque acti erroribus non minus inluſtres obtinuerunt locos; claraſque urbes condiderunt, Smyrnam, Cymen, Lariſſam, Myrinam, Mitylenemque, & alias urbes, quæ ſunt in Lesbo inſula.

CAP. V. Clariſſimum deinde Homeri inluxit ingenium, ſine exemplo maximum: qui magnitudine operis, & fulgore carminum ſolus appellari Poëta meruit. in quo hoc maximum eſt, quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque poſt illum, qui eum imitari poſſet, inventus eſt. neque quemquam alium; cujus operis primus auctor fuerit, in eo perfectiſſimum, præter Homerum & Archilochum, reperiemus. Hic longius à temporibus belli, quod compoſuit, Troici, quam quidam rentur, abfuit. nam ferme

ante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ante annos DCCCCL floruit, intra mille natus eſt. quo nomine non eſt mirandum, quod ſæpe illud uſurpat, οἷοι νῦν βροτοί εἰσι. hoc enim ut hominum, ita ſæculorum notatur differentia. quem ſi quis cæcum genitum putat, omnibus ſenſibus orbus eſt.

CAP. VI. Inſequenti tempore imperium Aſiaticum ab Aſſyriis, qui id obtinuerant annis ∞LXX, tranſlatum eſt ad Medos, abhinc annos ferme DCCLXX. quippe Sardanapalum eorum regem, mollitiis fluentem, & nimium felicem malo ſuo, tertio & triceſimo loco ab Nino & Semiramide, qui Babylona condiderant, natum, ita ut ſemper ſucceſſor regni paterni foret filius, Pharnaces Medus imperio vitaque privavit. Ea ætate clariſſimus Graji nominis Lycurgus Lacedæmonius; vir generis regii, fuit ſeveriſſimarum juſtiſſimarumque legum auctor, & diſciplinæ convenientiſſimæ vir; cujus quamdiu Sparta diligens fuit, excelſiſſime floruit. Hoc tractu temporum, ante annos quinque & ſexaginta, quam urbs Romana conderetur, ab Eliſſa Tyria, quam quidam Dido autumant, Carthago conditur. Circa quod tempus Caranus, vir generis regii, ſextus decimus ab Hercule, profectus Argis, regnum Macedoniæ occupavit. à quo magnus Alexander cum fuerit ſeptimus decimus, jure, materni generis Achille auctore, paterni Hercule, gloriatus eſt. [Æmilius Sura de annis populi Romani: Aſſyrii, principes omnium gentium, rerum potiti ſunt: deinde Medi: poſtea Perſæ: deinde Macedones. exinde duobus regibus, Philippo & Antiocho, qui à Macedonibus oriundi erant, haud multo poſt Carthaginem ſubactam, devictis, ſumma imperii ad populum Romanum pervenit.]

CAP. VII. Inter hoc tempus, & initium Ni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ni regis Aſſyriorum, qui princeps rerum potitus, interſunt anni ∞ DCCCCXCV. Hujus temporibus æqualis Heſiodus fuit, circa CXX annos diſtinctus ab Homeri ætate, vir perelegantis ingenii, & molliſſima dulcedine carminum memorabilis, otii quietiſque cupidiſſimus, ut tempore tanto viro, ita operis auctoritate proximus. qui vitavit, ne in id, quod Homerus, incideret, patriamque & parentes teſtatus eſt; ſed patriam, quia multatus ab ea erat, contumelioſiſſime. Dum in externis moror, incidi in rem domeſticam, maximique erroris & multum diſcrepantem auctorum opinionibus. Nam quidam, hujus temporis tractu, ajunt, à Tuſcis Capuam Nolamque conditam, ante annos fere DCCCXXX. quibus equidem adſenſerim. ſed M. Cato quantum differt! qui dicat, Capuam ab eiſdem Tuſcis conditam, ac ſubinde Nolam: ſtetiſſe autem Capuam, antequam à Romanis caperetur, annis circiter CCLX. quod ſi ita eſt, cum ſint à Capua capta anni CCXL; ut condita eſt, anni ſunt fere D. Ego (pace diligentiæ Catonis dixerim) vix crediderim, tam mature tantam urbem creviſſe, floruiſſe, concidiſſe, reſurrexiſſe. Clariſſimum deinde omnium ludicrum certamen, & ad excitandam corporis animique virtutem efficaciſſimum, Olympiorum initum, habuit auctorem Iphitum Elium. is eos ludos mercatumque inſtituit ante annos, quam tu, M. Vinici, conſulatum inires, DCCCIV. hoc ſacrum eodem loco inſtituiſſe fertur abhinc annos ferme ∞ CCL Atreus, cum Pelopi patri funebres ludos faceret. quo quidem in ludicro omniſque generis certaminum Hercules victor exſtitit. Tum Athenis perpetui Archontes eſſe deſierunt, cum fuiſſet ultimus Alcmæon: cœperuntque in denos annos creari. quæ conſuetudo in annos LXX manſit: ac deinde annuis commiſſa eſt magiſtratibus reſp. Ex iis, qui denis an-

nis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

nis præfuerunt, primus fuit Charops, ultimus Eryx; ex annuis, primus Creon. Sexta Olympiade, poſt duos & viginti annos, quam prima conſtituta fuerat, Romulus Martis filius, ultus injurias avi, Romam urbem Parilibus in Palatio condidit. à quo tempore ad vos Coss. anni ſunt DCCLXXXII. id actum poſt Trojam captam annis CDXXXVII. id geſſit Romulus, adjutus legionibus Latini avi ſui. libenter enim his, qui ita prodiderunt, acceſſerim: cum aliter firmare urbem novam, tam vicinis Vejentibus, aliiſque Etruſcis ac Sabinis, cum imbelli & paſtorali manu vix potuerit. quamquam, jam Aſylo facto inter duos lucos, auxit. Hic centum homines electos, appellatoſque Patres, inſtar habuit conſilii publici. hanc originem nomen Patriciorum habet. Raptus virginum Sabinarum * *

* * *

* *

CAP. IX. *** quam timuerat hoſtis, expetit. nam biennio adeo varia fortuna cum Coss. conflixerat, ut plerumque ſuperior fuerit, magnamque partem Græciæ in ſocietatem ſuam perduceret. Quin Rhodii quoque, fideliſſimi antea Romanis, tum dubia fide, ſpeculati fortunam, proniores regis partibus fuiſſe viſi ſunt: & rex Eumenes in eo bello medius fuit animo, neque fratris initiis, neque ſuæ reſpondit conſuetudini. Tum ſenatus populuſque Romanus L. Æmilium Paullum, qui & prætor & Cos. triumphaverat, virum in tantum laudandum, in quantum intelligi virtus poteſt, Cos. creavit: filium ejus Paulli, qui ad Cannas quam tergiverſanter pernicioſam reip. pugnam inierat, tam fortiter in ea mortem obierat. is Perſen ingenti prœlio, apud urbem nomine Pydnam in Macedonia, fuſum fugatumque caſtris exuit, deletiſque ejus copiis, deſtitutum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

omni ſpe coëgit è Macedonia profugere. quam ille linquens, in inſulam Samothraciam profugit, templique ſe religioni ſupplicem credidit. Ad eum C. Octavius prætor, qui claſſi præerat, pervenit; & ratione magis quam vi perſuaſit, ut ſe Romanorum fidei committeret. Ita Paullus maximum nobiliſſimumque regem in triumpho duxit. Quo anno & Octavii prætoris navalis, & Anicii, regem Illyriorum Gentium ante currum agentis, triumphi fuere celebres. Quam ſit aſſidua eminentis fortunæ comes invidia, altiſſimiſque adhæreat, etiam hoc colligi poteſt: quod, cum Anicii Octaviique triumphum nemo interpellaret, fuere, qui Paulli impedire obniterentur: cujus tantum priores exceſſit, vel magnitudine regis Perſei, vel ſpecie ſimulacrorum, vel modo pecuniæ, ut bis millies centies H S. ærario contulerit, & omnium ante actorum comparationem amplitudine vicerit.

CAP. X. Per idem tempus, cum Antiochus Epiphanes, qui Athenis Olympicum inchoavit, tum rex Syriæ, Ptolemæum puerum Alexandriæ obſideret; miſſus eſt ad eum legatus M. Popillius Lænas, qui juberet incepto deſiſtere. mandataque expoſuit; & regem, deliberaturum ſe dicentem, circumſcripſit virgula, juſſitque, prius reſponſum reddere, quam egrederetur finito harenæ circulo. ſic cogitationem regiam Romana disjecit conſtantia; obeditumque imperio. Lucio autem Paullo, magnæ victoriæ compoti, quatuor filii fuere. ex iis duos, natu majores, unum P. Scipioni, P. Africani filio, nihil ex paterna majeſtate, præter ſpeciem nominis, vigoremque eloquentiæ, retinenti, in adoptionem dederat; alterum Fabio Maximo: duos minores natu, prætextatos, quo tempore victoriam adeptus eſt, habuit. Is cum in concione extra urbem, more majorum, ante trium-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

triumphi diem, ordinem actorum ſuorum commemoraret, Deos immortales precatus eſt, ut, ſi quis eorum invideret operibus ac fortunæ ſuæ, in ipſum potius ſævirent, quam in rempub. quæ vox, veluti oraculo emiſſa, magna parte eum ſpoliavit ſanguinis ſui. nam alterum ex ſuis, quos in familia retinuerat, liberis, ante paucos triumphi, alterum poſt pauciores amiſit dies. Aſpera circa hæc tempora cenſura Fulvii Flacci & Poſtumii Albini fuit. quippe Fulvii cenſoris frater, & quidem conſors, Cn. Fulvius, ſenatu motus eſt ab iis cenſoribus.

CAP. XI. Poſt victum captumque Perſen, qui quadriennio poſt in libera cuſtodia Albæ deceſſit, Pſeudophilippus, à mendacio ſimulatæ originis appellatus, qui ſe Philippum, regiæque ſtirpis ferebat, cum eſſet ultimæ, armis occupata Macedonia, adſumtis regni inſignibus, brevi temeritatis pœnas dedit. quippe Q. Metellus prætor, cui ex virtute Macedonici nomen inditum erat, præclara victoria ipſum gentemque ſuperavit, & immani etiam Achæos rebellare incipientes fudit acie. Hic eſt Metellus Macedonicus, qui porticus, quæ fuere circumdatæ duabus ædibus ſine inſcriptione poſitis, quæ nunc Octaviæ porticibus ambiuntur, fecerat: quique hanc turmam ſtatuarum equeſtrium, quæ frontem ædium ſpectant, hodieque maximum ornamentum ejus loci, ex Macedonia detulit. cujus turmæ hanc cauſſam referunt: Magnum Alexandrum impetraſſe à Lyſippo, ſingulari talium auctore operum, ut eorum equitum, qui ex ipſius turma apud Granicum flumen ceciderant, expreſſa ſimilitudine figurarum, faceret ſtatuas, & ipſius quoque iis interponeret. Hic idem, primus omnium Romæ ædem ex marmore in iis ipſis monumentis molitus, vel magnificentiæ vel luxuriæ princeps fuit. Vix ullius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

lius gentis, ætatis, ordinis hominem inveneris, cujus felicitatem fortunæ Metelli compares. nam præter excellentes triumphos, honoreſque ampliſſimos, & principale in repub. faſtigium, extentumque vitæ ſpatium, & acres innocenteſque pro rep. cum inimicis contentiones, quatuor filios ſuſtulit: omnes adultæ ætatis vidit, omnes reliquit ſuperſtites & honoratiſſimos. mortui ejus lectum pro Roſtris ſuſtulerunt quatuor filii: unus conſularis, & cenſorius; alter conſularis, tertius conſul, quartus candidatus conſulatus, quem honorem adeptus eſt. Hoc eſt nimirum magis feliciter de vita migrare, quam mori.

CAP. XII. Univerſa deinde, ut prædiximus, inſtincta in bellum Achaia, cujus pars magna ejuſdem Metelli Macedonici virtute armiſque fracta erat, maxime Corinthiis in arma, cum gravibus etiam in Romanos contumeliis, inſtigantibus, deſtinatus ei bello gerendo Cos. Mummius. Et ſub idem tempus, magis, quia volebant Romani, quicquid de Carthaginienſibus diceretur, credere, quam quia credenda adferebantur, ſtatuit ſenatus Carthaginem excidere. Ita eodem tempore P. Scipio Æmilianus, vir avitis P. Africani paterniſque L. Paulli virtutibus ſimillimus, omnibus belli ac togæ dotibus, ingeniique ac ſtudiorum eminentiſſimus ſæculi ſui, qui nihil in vita niſi laudandum aut fecit aut dixit, ac ſenſit; quem, Paullo genitum, adoptatum à Scipione Africani filio, diximus, ædilitatem petens Cos. creatus eſt. Bellum Carthagini, jam ante biennium à prioribus Coss. inlatum majore vi intulit; cum ante in Hiſpania murali corona, in Africa obſidionali donatus eſſet; in Hiſpania vero etiam ex provocatione, ipſe modicus virium, immanis magnitudinis hoſtem interemiſſet. Eamque urbem, magis invidia imperii, quam ullius ejus temporis noxiæ inviſam

Ro-

Romano nomini, funditus ſuſtulit, fecitque ſuæ virtutis monumentum, quod fuerat avi ejus clementiæ. Carthago diruta eſt, cum ſtetiſſet annis DCLXVII, abhinc annos CLXXVII, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Coss. Hunc finem habuit Romani imperii Carthago æmula; cum qua bellare majores noſtri cœpere Claudio & Fulvio Coss. ante annos CCXCVI, quam tu, M. Vinici, conſulatum inires. ita per annos CXV, aut bellum inter eos populos, aut belli præparatio, aut infida pax fuit. neque ſe Roma, jam terrarum orbe ſuperato, ſecuram ſperavit fore, ſi nomen uſquam ſtantis maneret Carthaginis. adeo odium, certaminibus ortum, ultra metum durat, & ne in victis quidem deponitur, neque ante inviſum eſſe deſinit, quam eſſe deſiit. Ante triennium, quam Carthago deleretur, M. Cato, perpetuus diruendæ ejus auctor, L. Cenſorino, M. Manlio Coss. mortem obiit. Eodem anno, quo Carthago concidit, L. Mummius Corinthum, poſt annos DCCCCLII, quam ab Alete Hippotis filio erat condita, funditus eruit. uterque imperator, devictæ à ſe gentis nomine honoratus, alter Africanus, alter appellatus eſt Achaicus. nec quiſquam ex novis hominibus prior Mummio cognomen virtute partum vindicavit. Diverſi imperatoribus mores, diverſa fuere ſtudia. quippe Scipio tam elegans liberalium ſtudiorum, omniſque doctrinæ & auctor & admirator fuit, ut Polybium, Panætiumque, præcellentes ingenio viros, domi militiæque ſecum habuerit. neque enim quiſquam hoc Scipione elegantius intervalla negotiorum otio diſpunxit, ſemperque aut belli aut pacis ſerviit artibus: ſemper inter arma ac ſtudia verſatus, aut corpus periculis aut animum diſciplinis exercuit. Mummius tam rudis fuit, ut capta Corintho, cum maximorum artificum perfectas mani-

bus tabulas ac ſtatuas, in Italiam portandas locaret, juberet prædici conducentibus, ſi eas perdidiſſent, novas eos reddituros. Non tamen puto dubites, Vinici, quin magis pro rep. fuerit, manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum, quam in tantum ea intelligi; & quin hac prudentia illa imprudentia decori publico fuerit convenientior.

CAP. XIV. Cum facilius cujuſque rei in unum contracta ſpecies, quam diviſa temporibus, oculis animiſque inhæreat; ſtatui priorem hujus voluminis poſterioremque partem, non inutili rerum notitia in artum contracta, diſtinguere: atque huic loco inſerere, quæ quoque tempore poſt Romam, à Gallis captam, deducta ſit colonia juſſu ſenatus. nam militarium & cauſſæ & auctores & ipſarum præfulgent nomina. huic rei per idem tempus civitatem propagatam, auctumque Romanum nomen communione juris, haud intempeſtive ſubtexturi videmur. Poſt ſeptem annos, quam Galli urbem ceperunt, Sutrium deducta colonia eſt, & poſt annum Setina, novemque interjectis annis Nepe; deinde, interpoſitis duobus & triginta, Aricini in civitatem recepti. abhinc annos autem CCCL, Sp. Poſtumio, Veturio Calvino Coſs. Campanis data eſt civitas, partique Samnitium, ſine ſuffragio: & eodem anno Cales deducta colonia. Interjecto deinde triennio Fundani & Formiani in civitatem recepti, eo ipſo anno, quo Alexandria condita. inſequentibuſque Coſs. à Sp. Poſtumio, Philone Publilio cenſoribus Acerranis data civitas, & poſt triennium Tarracina deducta colonia interpoſitoque quadriennio, Luceria; ac deinde, interjecto triennio, Sueſſa Aurunca; & Saticula, Interamnaque poſt biennium. Decem deinde hoc munere anni vacaverunt, tunc Sora atque Alba deductæ

colo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

coloniæ, & Carſeoli poſt biennium. at quintum Fabio, Decio Mure quartum Coss. quo anno Pyrrhus regnare cœpit, Sinueſſam, Minturnaſque miſſi coloni; poſt quadriennium Venuſiam. interjectoque biennio, M. Curio & Rufino Cornelio Coss. Sabinis ſine ſuffragio data civitas. id actum ante annos ferme CCCXX. at Coſam & Pæſtum abhinc annos ferme CCC, Fabio Dorſone & Claudio Canina Coss. interjecto quinquennio, Sempronio Sopho & Appio Cæci filio Coss. Ariminum, Beneventum coloni miſſi; & ſuffragii ferendi jus Sabinis datum. at initio primi belli Punici Firmum & Caſtrum colonis occupata. & poſt annum Æſernia, poſtque XXII. annos Æſulum & Alſium; Fregellæque anno poſt biennium; proximoque anno, Torquato Sempronioque Coss. Brundiſium, & poſt triennium Spoletium; quo anno Floralium ludorum factum eſt initium. poſtque biennium ducta Valentia, & ſub adventum in Italiam Hannibalis, Cremona atque Placentia.

CAP. XV. Deinde, neque dum Hannibal in Italia moratur, neque proximis poſt exceſſum ejus annis, vacavit Romanis colonias condere; cum eſſet in bello conquirendus potius miles quam dimittendus; & poſt bellum vires refovendæ magis, quam ſpargendæ. Cn. autem Manlio Volſone & Fulvio Nobiliore Coss. Bononia deducta colonia, abhinc annos ferme CCXVII. &, poſt quadriennium, Piſaurum ac Potentia; interjectoque triennio, Aquileia & Graviſca, & poſt quadriennium Luca. Eodem temporum tractu, quamquam apud quoſdam ambigitur, Puteolos, Salernumque & Buxentum miſſi coloni. Auximum autem in Picenum, abhinc annos ferme CLXXXVII, ante triennium, quam Caſſius cenſor, à Lupercali in Palatium verſus, theatrum facere

cere inſtituit. cui in demoliendo eximia civitatis ſeveritas & Cos. Scipio reſtitere. quod ego inter clariſſima publicæ voluntatis argumenta numeraverim. Caſſio autem Longino & Sextio Calvino, qui Sallues apud Aquas, quæ ab eo Sextiæ appellantur, devicit, conſulibus, Fabrateria deducta eſt, abhinc annos ferme CLVII. & poſt annum, Scylacium, Minervium, Tarentum, Neptunia, Carthagoque in Africa, prima, ut prædiximus, extra Italiam colonia condita eſt. de Dertona ambigitur. Narbo autem Martius in Gallia, Porcio Marcioque Coss. abhinc annos circiter CLIII. deducta colonia eſt. poſt tres & viginti annos in Vagiennis Eporædia, Mario ſexiens, Valerioque Flacco Coss. Neque facile memoriæ mandaverim, quæ, niſi militaris, poſt hoc tempus deducta ſit.

CAP. XVI. Cum hæc particula operis velut formam propoſiti exceſſerit, quamquam intelligo, mihi in hac tam præcipiti feſtinatione, quæ me rotæ pronive gurgitis ac verticis modo nuſquam patitur conſiſtere, pæne magis neceſſaria prætereunda, quam ſupervacua amplectenda: nequeo tamen temperare mihi, quin rem ſæpe agitatam animo meo, neque ad liquidum ratione perductam, ſignem ſtilo. Quis enim abunde mirari poteſt, quod eminentiſſima cujuſque profeſſionis ingenia, in eandem formam, & in idem artati temporis congruens ſpatium; & quemadmodum clauſa capſo, alioque ſepto diverſi generis animalia, nihilo minus ſeparata alienis, in unum quodque corpus congregantur; ita cujuſque clari operis capacia ingenia in ſimilitudinem & temporum & profectuum ſemetipſa ab aliis ſeparaverunt? Una, neque multorum annorum ſpatio diviſa, ætas, per divini ſpiritus viros, Æſchylum, Sophoclem, Euripidem, inluſtravit

vit tragœdias: una priſcam illam & veterem ſub Cratino, Ariſtophane & Eupolide comœdiam; ac novam comicam Menandrus, æqualeſque ejus ætatis magis quam operis, Philemon ac Diphilus, & invenere intra pauciſſimos annos, neque imitanda reliquere. Philoſophorum quoque ingenia, Socratico ore defluentia, omnium, quos paullo ante enumeravimus, quanto poſt Platonis Ariſtoteliſque mortem floruere ſpatio? Quid ante Iſocratem, quid poſt ejus auditores eorumque diſcipulos clarum in oratoribus fuit? adeo quidem artatum anguſtiis temporum, ut nemo memoria dignus alter ab altero videri nequiverint.

CAP. XVII. Neque hoc in Græcis, quam in Romanis, evenit magis. nam, niſi aſpera ac rudia repetas, & inventi laudanda nomine, in Accio circaque eum Romana tragœdia eſt. dulceſque Latini leporis facetiæ per Cæcilium, Terentiumque & Afranium ſuppari ætate nituerunt. Hiſtoricos (ut & Livium quoque priorum ætati aſtruas) præter Catonem, & quoſdam veteres & obſcuros, minus LXXX annis circumdatum ævum tulit: ut nec poëtarum in antiquius citeriuſve proceſſit ubertas. At oratio, ac vis forenſis perfectumque proſæ eloquentiæ decus, ut idem ſeparetur Cato (pace P. Craſſi Scipioniſque & Lælii & Gracchorum, & Fannii & Ser. Galbæ dixerim) ita univerſa ſub principe operis ſui erupit Tullio; ut delectari ante eum pauciſſimis, mirari vero neminem poſſis, niſi aut ab illo viſum, aut qui illum viderit. Hoc idem eveniſſe grammaticis, plaſtis, pictoribus, ſcalptoribuſque, ſiquis temporum inſtiterit notis, reperiet, & eminentia cujuſque operis artiſſimis temporum clauſtris circumdata. Hujus ergo præcedentiſque, inquam, ſæculi ingeniorum ſimilitudinis congregantiſque ſe & in ſtudium par, & in emolumentum, cauſ-

ſas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ſas cum ſemper requiro, numquam reperio, quas eſſe veras confidam, ſed fortaſſe veriſſimiles: inter quas has maxime. Alit æmulatio ingenia: & nunc invidia, nunc admiratio incitationem accendit: naturaque, quod ſummo ſtudio petitum eſt, aſcendit in ſummum: difficiliſque in perfecto mora eſt; naturaliterque, quod procedere non poteſt, recedit. &, ut primo ad conſequendos, quos priores ducimus, accendimur: ita, ubi aut præteriri, aut æquari eos poſſe deſperavimus, ſtudium cum ſpe ſeneſcit; & quod adſequi non poteſt, ſequi deſinit: &, velut occupatam relinquens materiam, quærit novam: præteritoque eo, in quo eminere non poſſumus, aliquid in quo nitamur conquirimus: ſequiturque, ut frequens ac mobilis tranſitus maximum perfecti operis impedimentum ſit. Tranſit admiratio à conditione temporum, & ad urbium. Una urbs Attica pluribus annis eloquentia, quam univerſa Græcia, uberiuſque floruit; adeo ut corpora gentis illius ſeparata ſint in alias civitates, ingenia vero ſolis Athenienſum muris clauſa exiſtimes. Neque ego hoc magis miratus ſim, quam neminem Argivum, Thebanum, Lacedæmonium oratorem aut dum vixit auctoritate, aut poſt mortem memoria dignum exiſtimatum. quæ urbes, & multæ aliæ, talium ſtudiorum fuere ſteriles, niſi Thebas unum os Pindari inluminaret. nam Alcmana Lacones falſo ſibi vindicant.

C. VEL-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

C. VELLEII PATERCULI HISTORIÆ ROMANÆ, AD M. VINICIUM Cos.

LIBER II.

CAP. I. POtentiæ Romanorum prior Scipio viam aperuerat, luxuriæ poſterior aperuit. quippe remoto Carthaginis metu, ſublataque imperii æmula, non gradu, ſed præcipiti curſu, à virtute deſcitum, ad vitia tranſcurſum; vetus diſciplina deſerta, nova inducta; in ſomnum à vigiliis, ab armis ad voluptates, à negotiis in otium converſa civitas. Tum Scipio Naſica in Capitolio porticus, tum, quas prædiximus Metellus; tum in Circo Cn. Octavius multo amœniſſimam moliti ſunt: publicamque magnificentiam ſecuta privato luxuria eſt. Triſte deinde, & contumelioſum bellum in Hiſpania, duce latronum Viriatho, ſecutum eſt: quod ita varia fortuna geſtum eſt, ut ſæpius Romanorum gereretur adverſa. ſed interemto Viriatho, fraude magis quam virtute Servilii Cæpionis, Numantinum gravius exarſit. hæc urbs numquam decem millibus plura propriæ juventutis armavit: ſed, vel ferocia ingenii, vel inſcitia noſtrorum ducum, vel fortunæ indulgentia, cum alios duces, tum Pompeium magni nominis virum, ad turpiſſima deduxerit fœdera, (hic primus è Pompeiis Cos. fuit) nec minus turpia ac deteſtabilia Mancinum Hoſtilium Cos. ſed Pompejum gratia impunitum ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

habuit: Mancinum verecundia, quippe non recuſando, perduxit huc, ut per fetiales nudus ac poſt tergum religatis manibus dederetur hoſtibus. quem illi recipere ſe negaverunt, ſicut quondam Caudini fecerunt, dicentes, publicam violationem fidei non debere unius lui ſanguine.

CAP. II. Immanem deditio Mancini civitatis movit diſſenſionem. quippe Tib. Gracchus, Tib. Gracchi clariſſimi atque eminentiſſimi viri filius, P. Africani ex filia nepos, quo quæſtore & auctore id fœdus ictum erat, nunc graviter ferens aliquid à ſe factum infirmari, nunc ſimilis vel judicii vel pœnæ metuens diſcrimen, Trib. pleb. creatus, vir alioqui vita innocentiſſimus, ingenio florentiſſimus, propoſito ſanctiſſimus, tantis denique adornatus virtutibus, quantas perfecta & natura & induſtria mortalis conditio recipit, P. Mutio Scævola, L. Calpurnio Coss. abhinc annos CLXII deſcivit à bonis; pollicituſque toti Italiæ civitatem, ſimul etiam promulgatis agrariis legibus, omnibus ſtatum concupiſcentibus, ſumma imis miſcuit; & in præruptum atque anceps periculum adduxit remp. Octavioque collegæ, pro bono publico ſtanti, imperium abrogavit: Triumviros agris dividendis coloniiſque deducendis creavit ſe ſocerumque ſuum conſularem Appium, & Gracchum fratrem, admodum juvenem.

CAP. III. Tum P. Scipio Naſica, ejus, qui optimus vir à ſenatu judicatus erat, nepos; ejus qui cenſor porticus in Capitolio fecerat, filius; pronepos autem Cn. Scipionis, celeberrimi viri, P. Africani patrui, privatuſque & togatus, cum eſſet conſobrinus Tib. Gracchi, patriam cognationi præferens, & quidquid publice ſalutare non eſſet, privatim alienum exſtimans (ob eas virtutes primus omnium abſens pontifex max. factus eſt) circumdata lævo brachio togæ lacinia, ex ſuperio-

re

re parte Capitolii, ſummis gradibus inſiſtens, hortatus eſt, qui ſalvam vellent remp. ſe ſequerentur. Tum optimates, ſenatus, atque equeſtris ordinis pars melior & major, & intacta perniciosis conſiliis plebs, inruere in Gracchum, ſtantem in area cum catervis ſuis, & concientem pæne totius Italiæ frequentiam. is fugiens, decurrenſque clivo Capitolino, fragmine ſubſellii ictus, vitam, quam glorioſiſſime degere potuerat, immatura morte finivit. Hoc initium in urbe Roma civilis ſanguinis, gladiorumque impunitatis fuit. inde jus vi obrutum, potentiorque habitus prior; diſcordiæque civium, antea conditionibus ſanari ſolitæ, ferro dijudicatæ; bellaque non cauſſis inita, ſed prout eorum merces fuit. quod haud mirum eſt. non enim ibi conſiſtunt exempla, unde cœperunt; ſed, quamlibet in tenuem recepta tramitem, latiſſime evagandi ſibi viam faciunt: &, ubi ſemel recto deerratum eſt, in præceps pervenitur: nec quiſquam ſibi putat turpe, quod alii fuit fructuoſum.

CAP. IV. Interim dum hæc in Italia geruntur, Ariſtonicus, mortuo rege Attalo, à quo Aſia populo Romano hereditate relicta erat, ſicut relicta poſtea eſt à Nicomede Bithynia, mentitus regiæ ſtirpis originem, armis eam occupat. is victus à M. Perperna, ductuſque in triumpho; ſed M'. Aquillio capite pœnas dedit; cum initio belli Craſſum Mucianum, virum juris ſcientiſſimum, decedentem ex Aſia proconſulem interemiſſet. Et P. Scipio Africanus Æmilianus, qui Carthaginem deleverat, poſt tot acceptas circa Numantiam clades, creatus iterum Cos., miſſuſque in Hiſpaniam, fortunæ virtutique expertæ in Africa, reſpondit [in Hiſpania]; & intra annum ac tres menſes, quam eo venerat, circumdatam operibus Numantiam exciſamque æquavit ſolo. nec

quiſ-

quiſquam ullius gentis hominum ante eum clariore urbium excidio nomen ſuum perpetuæ commendavit memoriæ. quippe, exciſa Carthagine ac Numantia, ab alterius nos metu, alterius vindicavit contumeliis. Hic, eum interrogante tribuno Carbone, quid de Tib. Gracchi cæde ſentiret? reſpondit: ſi is occupandæ reip. animum habuiſſet, jure cæſum. Et, cum omnis concio adclamaſſet: Hoſtium, inquit, armatorum totiens clamore non territus, quî poſſum veſtro moveri, quorum noverca eſt Italia? Reverſus in urbem, intra breve tempus, M'. Aquillio, C. Sempronio Coss. abhinc annos CL, poſt duos conſulatus, duoſque triumphos, & bis exciſos terrores reip. mane in lectulo repertus eſt mortuus, ita ut quædam eliſarum faucium in cervice reperirentur notæ. De tanti viri morte nulla habita eſt quæſtio: ejuſque corpus velato capite elatum eſt, cujus opera ſuper totum terrarum orbem Roma extulerat caput. ſeu fatalem, ut plures, ſeu conflatam inſidiis, ut aliqui prodidere memoriæ, mortem obiit, vitam certe digniſſimam egit, quæ nullius ad id temporis præterquam avito fulgore vinceretur. Deceſſit anno ferme LVI. de quo ſi quis ambiget, recurrat ad priorem conſulatum ejus, in quem creatus eſt anno XXXVI. ita dubitare deſinet.

CAP. V. Ante tempus exciſæ Numantiæ, præclara [in Hiſpania] militia A. Bruti fuit: qui, penetratis omnibus Hiſpaniæ gentibus, ingenti vi hominum, urbiumque potitus numero, aditis quæ vix audita, Gallæci cognomen meruit. Et ante eum paucis annis tam ſeverum illius Q. Macedonici in his gentibus imperium fuit, ut, cum urbem Contrebiam nomine [in Hiſpania] oppugnaret, pulſas præcipiti loco quinque cohortes legionarias, eodem protinus ſubire juberet: facientibuſ-

tibuſque omnibus in procinctu teſtamenta, velut ad certam mortem eundum foret, non deterritus propoſito, perſeverantia ducis, quem moriturum miſerat militem, victorem recepit. tantum effecit mixtus timori pudor, ſpeſque deſperatione quæſita. Hic virtute ac ſeveritate facti; at Fabius Æmilianus, Paulli exemplo, diſciplinæ [in Hiſpania] fuit clariſſimus.

CAP. VI. Decem deinde interpoſitis annis, qui Tib. Gracchum, idem C. fratrem ejus occupavit furor, tam virtutibus ejus omnibus, quam huic errori ſimilem, ingenio etiam eloquentiaque longe præſtantiorem: qui cum ſumma quiete animi civitatis princeps eſſe poſſet, vel vindicandæ fraternæ mortis gratia, vel præmuniendæ regalis potentiæ, ejuſdem exempli tribunatum ingreſſus, longe majora & acriora repetens, dabat civitatem omnibus Italicis, extendebat eam pæne uſque Alpes; dividebat agros; vetabat quemquam civem plus quingentis jugeribus habere: quod aliquando lege Licinia cautum erat: nova conſtituebat portoria; novis coloniis replebat provincias; judicia à ſenatu transferebat ad equites; frumentum plebi dare inſtituerat; nihil immotum, nihil tranquillum, nihil quietum denique in eodem ſtatu relinquebat: quin alterum etiam continuavit tribunatum. hunc L. Opimius Cos. qui prætor Fregellas exciderat, perſecutus armis, unaque Fulvium Flaccum, conſularem ac triumphalem virum, æque prava cupientem, quem C. Gracchus in locum Tiberii fratris Triumvirum nominaverat, eumque ſocium regalis adſumſerat potentiæ, morte adficit. Id unum nefarie ab Opimio proditum, quod capitis, non dicam Gracchi, ſed civis Romani pretium ſe daturum, idque auro repenſurum propoſuit. Flaccus in Aventino, armatos ad pugnam

ciens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ciens, cum filio majore jugulatus eſt. Gracchus profugiens, cum jam comprehenderetur ab iis, quos Opimius miſerat, cervicem Euporo ſervo præbuit; qui non ſegnius ſe ipſe interemit, quam domino ſuccurrerat. Quo die ſingularis Pomponii equitis Ro. in Gracchum fides fuit. qui more Coclitis, ſuſtentatis in ponte hoſtibus, ejus gladio ſe transfixit. Ut Tib. Gracchi antea corpus, ita Caii, mira crudelitate victorum, in Tiberim dejectum eſt.

CAP. VII. Hunc Tib. Gracchi liberi, P. Scipionis Africani nepotes, viva adhuc matre Cornelia, Africani filia, viri optimis ingeniis male uſi, vitæ mortiſque habuere exitum. qui ſi civilem dignitatis concupiſſent modum, quidquid tumultuando adipiſci geſtierunt, quietis obtuliſſet reſp. Huic atrocitati adjectum ſcelus unicum. quippe juvenis, ſpecie excellens, nec dum duodeviceſimum tranſgreſſus annum, immuniſque delictorum paternorum, Fulvii Flacci filius, quem pater legatum de conditionibus miſerat, ab Opimio interemtus eſt. quem cum haruſpex Tuſcus, amicus, flentem in vincula duci vidiſſet, Quin tu hoc potius, inquit, facis? protinuſque, inliſo capite in poſtem lapideum januæ carceris, effuſoque cerebro, exſpiravit. Crudeleſque mox quæſtiones in amicos clienteſque Gracchorum habitæ ſunt. ſed Opimium, virum alioqui ſanctum & gravem, damnatum poſtea judicio publico, memoria ipſius ſævitiæ, nulla civilis perſecuta eſt miſericordia. Eadem Rutilium Popilliumque, qui Coſs. aſperrime in Tib. Gracchi amicos ſævierant, poſtea judiciorum publicorum merito oppreſſit invidia. Rei tantæ parum ad notitiam pertinens interponetur. Hic eſt Opimius, à quo Cos. celeberrimum Opimiani vini nomen: quod jam nullum eſſe, ſpatio annorum colligi poteſt; cum

cum ab eo ſint ad te, M. Vinici, conſulem, anni CLI. Factum Opimii, quod inimicitiarum quæſita erat ultio, minor ſecuta auctoritas: & viſa ultio privato odio magis, quam publicæ vindictæ data.

CAP. VIII. Subinde Porcio Marcioque Coss. deducta colonia, Narbo Martius. Mandetur deinde memoriæ ſeveritas judiciorum. quippe C. Cato conſularis, M. Catonis nepos, Africani ſororis filius, repetundarum ex Macedonia damnatus eſt; cum lis ejus IIII. æſtimaretur. adeo viri magis voluntatem peccandi intuebantur, quam modum: factaque ad conſilium dirigebant, & quid, non in quantum, admiſſum foret, æſtimabant. Circa eadem tempora Metelli fratres uno die triumphaverunt. Non minus clarum exemplum, & adhuc unicum Fulvii Flacci, ejus qui Capuam ceperat, filiorum, ſed alterius in adoptionem dati, in collegio Cos. fuit. adoptivus in Acidini Manlii familiam datus. nam cenſura Metellorum, patruelium non germanorum fratrum fuit: quod ſolis contigerat Scipionibus. Tum Cimbri & Teutoni transſcendere Rhenum, multis mox noſtris ſuiſque cladibus nobiles. Per eadem tempora clarus ejus Minucii, qui porticus, quæ hodieque celebres ſunt, molitus eſt, è Scordiſcis triumphus fuit.

CAP. IX. Eodem tractu temporum nituerunt oratores Scipio Æmilianus, Læliuſque, Ser. Galba, duo Gracchi, C. Fannius, Carbo Papirius. Nec prætereundus Metellus Numidicus, & Scaurus, & ante omnes L. Craſſus & M. Antonius. Quorum ætati ingeniiſque ſucceſſere C. Cæſar Strabo, P. Sulpicius. nam Q. Mucius juris ſcientia, quam propriæ eloquentiæ nomine, celebrior fuit. Clara etiam per idem ævi ſpatium fuere ingenia, in Togatis Afranii, in Tragœdiis Pacuvii atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

atque Accii, uſque in Græcorum ingeniorum comparationem evecti, magnumque inter hos ipſos facientis operi ſuo locum; adeo quidem; ut in illis limæ, in hoc pæne plus videatur fuiſſe ſanguinis. Celebre & Lucilii nomen fuit, qui ſub P. Africano, Numantino bello eques militaverat. quo quidem tempore juvenis adhuc Jugurtha ac Marius, ſub eodem Africano militantes, in iiſdem caſtris didicere, quæ poſtea in contrariis facerent. Hiſtoriarum auctor jam tum Siſenna erat juvenis, ſed opus belli civilis Sullani poſt aliquot annos ab eo ſeniore editum eſt. Vetuſtior Siſenna fuit Cœlius; æqualis Siſennæ Rutilius, Claudiuſque Quadrigarius, & Valerius Antias. Sane non ignoremus, eadem ætate fuiſſe Pomponium, ſenſibus celebrem, verbis rudem, & novitate inventi à ſe operis commendabilem.

CAP. X. Proſequamur notam ſeveritatem cenſorum, Caſſii Longini, Cæpioniſque, qui abhinc annos CLVII, Lepidum Æmilium augurem, quod ſex milibus ædes conduxiſſet, adeſſe juſſerunt. at nunc, ſi quis tanti habitet, vix ut ſenator agnoſcitur. adeo mature à rectis in vitia, à vitiis in prava, à pravis in præcipitia pervenitur. Eodem tractu temporum & Domitii ex Arvernis, & Fabii ex Allobrogibus victoria fuit nobilis. Fabio Paulli nepoti, ex victoria cognomen Allobrogico inditum. Notetur Domitiæ familiæ peculiaris quædam, & ut clariſſima, ita artata numero felicitas, IV ante hunc, nobiliſſimæ ſimplicitatis juvenem, Cn. Domitium, fuere ſingulis omnino parentibus geniti, ſed omnes ad conſulatum ſacerdotiaque, ad triumphi autem pæne omnes pervenerunt inſignia.

CAP. XI. Bellum deinde Jugurthinum geſtum eſt per Q. Metellum, nulli ſecundum ſæculi ſui. hujus legatus fuit C. Marius, quem prædiximus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

mus, natus equeſtri loco, hirtus atque horridus, vitaque ſanctus, quantum bello optimus, tantum pace peſſimus, immodicus gloriæ, inſatiabilis, impotens, ſemperque inquietus. hic per publicanos, alioſque in Africa negotiantes, criminatus Metelli lentitudinem, trahentis jam in tertium annum bellum, & naturalem nobilitatis ſuperbiam, morandique in imperiis cupiditatem, effecit, ut cum, commeatu petito, Romam veniſſet, Cos. crearetur, bellique pæne patrati à Metello, qui bis Jugurtham acie fuderat, ſumma committeretur ſibi. Metelli tamen & triumphus fuit clariſſimus & meritum; virtutique cognomen Numidici inditum. Ut paullo ante Domitiæ familiæ, ita Cæciliæ notanda claritudo eſt: quippe intra XII ferme annos hujus temporis Coss. fuere Metelli, aut cenſores, aut triumpharunt amplius XII. ut appareat, quemadmodum urbium imperiorumque, ita gentium nunc florere fortunam, nunc ſeneſcere, nunc interire.

CAP. XII. At C. Marius L. Sullam, jam tunc, ut præcaventibus fatis, copulatum ſibi quæſtorem habuit, & per eum miſſum ad regem Bocchum, Jugurtha rege, abhinc annos ferme CXXXIIX, potitus eſt. deſignatuſque iterum Cos. in urbem reverſus, ſecundi conſulatus initio Calend. Jan. eum in triumpho duxit. Effuſa, ut prædiximus, immanis vis Germanarum gentium, quibus nomen Cimbris ac Teutonis erat, cum Cæpionem Manliumque Coss., & ante Carbonem Silanumque fudiſſent fugaſſentque in Galliis, & exuiſſent exercitu; Scaurumque Aurelium Cos. & alios celeberrimi nominis viros trucidaſſent, populus R. non alium repellendis tantis hoſtibus magis idoneum imperatorem, quam Marium, eſt ratus. Tum multiplicati conſulatus ejus. Tertius in apparatu belli conſumtus; quo anno Cn. Domitius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Trib. pleb. legem tulit, ut ſacerdotes, quos antea conlegæ ſufficiebant, populus crearet. Quarto trans Alpes circa Aquas Sextias cum Teutonis conflixit; amplius CL hoſtium priore ac poſtero die ab eo trucidatis; genſque exciſa Teutonum. Quinto, citra Alpes in campis, quibus nomen erat Raudiis, ipſe cos. & procos. Q. Lutatius Catulus fortunatiſſimo decertavere prœlio: cæſa aut capta amplius C hominum. Hac victoria videtur meruiſſe Marius, ne ejus nati remp. pœniteret, ac bona malis repenſaſſe. Sextus conſulatus veluti præmium ei meritorum datus. Non tamen hujus conſulatus fraudetur gloria; quo Servilii Glauciæ, Saturninique Apuleii furorem, continuatis honoribus remp. lacerantium, & gladiis quoque & cæde comitia diſcutientium, cos. armis compeſcuit: homineſque exitiabiles in Hoſtilia curia morte multavit.

CAP. XIII. Deinde interjectis paucis annis, tribunatum iniit M. Livius Druſus, vir nobiliſſimus, eloquentiſſimus, ſanctiſſimus, meliore in omnia ingenio animoque, quam fortuna, uſus. qui cum ſenatui priſcum reſtituere cuperet decus, & judicia ab equitibus ad eum transferre ordinem; (quippe eam poteſtatem nacti equites Gracchanis legibus, cum in multos clariſſimos atque innocentiſſimos viros ſæviſſent, tum P. Rutilium, virum non ſæculi ſui, ſed omnis ævi optimum, interrogatum lege repetundarum, maximo cum gemitu civitatis, damnaverant) in iis ipſis, quæ pro ſenatu moliebatur, ſenatum habuit adverſarium: non intelligentem, ſi qua de plebis commodis ab eo agerentur, veluti ineſcandæ illiciendæque multitudinis cauſſa fieri, ut minoribus perceptis majora permitteret. Denique ea fortuna Druſi fuit, ut malefacta collegarum, quam ejus optime ab ipſo cogitata, ſenatus probaret ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

magis; & honorem, qui ab eo deferebatur, ſperneret; injurias, quæ ab aliis intendebantur, æquo animo reciperet; & hujus ſummæ gloriæ invideret; illorum modicam ferret.

CAP. XIV. Tum converſus Druſi animus, quando bene cœpta male cedebant, ad dandam civitatem Italiæ. quod cum moliens revertiſſet è foro, immenſa illa & incondita, quæ eum ſemper comitabatur, cinctus multitudine, in atrio domus ſuæ cultello percuſſus, qui adfixus lateri ejus relictus eſt, intra paucas horas deceſſit. Sed cum ultimum redderet ſpiritum, intuens circumſtantium mœrentiumque frequentiam, effudit vocem convenientiſſimam conſcientiæ ſuæ: Ecquando, inquit, propinqui amicique, ſimilem mei civem habebit reſp.? Hunc finem clariſſimus juvenis vitæ habuit. cujus morum minime omittatur argumentum. Cum ædificaret domum in Palatio in eo loco, ubi eſt, quæ quondam Ciceronis, mox Cenſorini fuit, nunc Statilii Siſennæ eſt; promitteretque ei architectus, ita ſe eam ædificaturum, ut libera à conſpectu, immunis ab omnibus arbitris eſſet, neque quiſquam in eam deſpicere poſſet: Tu vero, inquit, ſiquid in te artis eſt, ita compone domum meam, ut, quidquid agam, ab omnibus perſpici poſſit.

CAP. XV. In legibus Gracchi inter perniciofiſſima numeraverim, quod extra Italiam colonias poſuit. id majores (cum viderent tanto potentiorem Tyro Carthaginem, Maſſiliam Phocæa, Syracuſas Corintho, Cyzicum ac Byſantium Mileto, genitali ſolo) diligenter vitaverant, ut cives Romanos ad cenſendum ex provinciis in Italiam revocaverint. Prima autem extra Italiam colonia Carthago condita eſt. Mors Druſi jam pridem tumeſcens bellum excitavit Italicum. quippe L. Cæſare, P. Rutilio Coss. abhinc annos CXX,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

univerſa Italia, cum id malum ab Aſculanis ortum eſſet, (quippe Servium prætorem, Fonteiumque legatum occiderant) ac deinde à Marſis exceptum, in omnes penetraſſet regiones, arma adverſus Romanos cepit. quorum ut fortuna atrox, ita cauſſa fuit juſtiſſima. petebant enim eam civitatem, cujus imperium armis tuebantur: per omnes annos atque omnia bella, duplici numero ſe militum equitumque fungi, neque in ejus civitatis jus recipi, quæ per eos in id ipſum perveniſſet faſtigium, per quod homines ejuſdem & gentis & ſanguinis, ut externos alienoſque, faſtidire poſſet. Id bellum amplius ccc juventutis Italicæ abſtulit. Clariſſimi autem imperatores fuerunt Romani eo bello: Cn. Pompejus, Cn. Pompeii Magni pater, C. Marius, de quo prædiximus, L. Sulla, anno ante prætura functus, Q. Metellus Numidici filius, qui meritum cognomen Pii conſecutus erat. quippe expulſum civitate à L. Saturnino trib. pleb. quod ſolus in leges ejus jurare noluerat, pietate ſua, auctoritate ſenatus, conſenſu reip. reſtituit patrem. Nec triumphis honoribuſque, quam aut cauſſa exilii aut exilio aut reditu clarior fuit Numidicus.

CAP. XVI. Italicorum autem fuerunt celeberrimi duces, Silo Poppædius, Herius Aſinius, Inſteius Cato, C. Pontidius, Teleſinus Pontius, Marius Egnatius, Papius Mutilus. Neque ego verecundia domeſtici ſanguinis gloriæ quidquam, dum verum refero, ſubtraham, quippe multum Minatii Magii, atavi mei, Aſculanenſis, tribuendum eſt memoriæ: qui nepos Decii Magii, Campanorum Principis, celeberrimi & fideliſſimi viri, tantam hoc bello Romanis fidem præſtitit, ut cum legione, quam ipſe in Hirpinis conſcripſerat, Herculaneum ſimul cum T. Didio caperet, Pompejos cum L. Sulla oppugnaret, Coſamque

que occuparet. cujus de virtutibus cum alii, tum maxime dilucideque Q. Hortenſius in Annalibus ſuis retulit. cujus pietati plenam populus R. gratiam retulit; ipſum viritim civitate donando, duos filios ejus creando prætores, cum ſeni adhuc crearentur. Tam varia atque atrox fortuna Italici belli fuit, ut per biennium continuum duo Romani conſules, Rutilius ac deinde Cato Porcius ab hoſtibus occiderentur, exercitus P. R. multis in locis funderentur, utque ad ſaga iretur, diuque in eo habitu maneretur. Caput imperii ſui Corfinium legerant, quod appellarent Italicum. Paullatim deinde recipiendo in civitatem, qui arma aut non ceperant, aut depoſuerant maturius, vires refectæ ſunt: Pompeio Sullaque & Mario fluentem procumbentemque Remp. reſtituentibus.

CAP. XVII. Finito ex maxima parte, niſi qua Nolani belli manebant reliquiæ, Italico bello (quo quidem Romani victis adflictiſque ipſi exarmati; quam integris univerſis civitatem dare maluerunt) conſulatum inierunt Q. Pompejus & L. Cornelius Sulla: vir qui neque ad finem victoriæ ſatis laudari, neque poſt victoriam abunde vituperari poteſt. hic natus familia nobili, ſextus à Cornelio Rufino, qui bello Pyrrhi inter celeberrimos fuerat duces, cum familiæ ejus claritudo intermiſſa eſſet, diu ita ſe geſſit, ut nullam petendi conſulatum cogitationem habere videretur. deinde poſt præturam inluſtratus bello Italico, & ante in Gallia legatione ſub Mario, qua eminentiſſimos duces hoſtium fuderat, ex ſucceſſu animum ſumſit; petenſque conſulatum, pæne omnium civium ſuffragiis nactus eſt. ſed eum honorem undequinquageſimo ætatis ſuæ anno adſecutus eſt.

CAP. XVIII. Per ea tempora Mithridates

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Ponticus rex, vir neque ſilendus neque dicendus ſine cura, bello acerrimus, virtute eximius, aliquando fortuna, ſemper animo maximus, conſiliis dux, miles manu, odio in Romanos Hannibal; occupata Aſia, necatiſque in ea omnibus civibus R. quos quidem eadem die atque hora, redditis civitatibus litteris, ingenti cum pollicitatione præmiorum interimi juſſerat (quo tempore neque fortitudine adverſus Mithridatem, neque fide in Romanos quiſquam Rhodiis par fuit. horum fidem Mitylenæorum perfidia inluminavit: qui Ma. Aquillium alioſque Mithridati vinctos tradiderunt; quibus libertas, in unius Theophanis gratiam, poſtea à Pompejo reſtituta eſt) cum terribilis Italiæ quoque videretur imminere, ſorte obvenit Sullæ Aſia provincia. is egreſſus urbe, cum circa Nolam moraretur (quippe ea urbs pertinaciſſime arma retinebat, exercituque Romano obſidebatur, velut pœniteret ejus fidei, quam omnium ſanctiſſimam bello præſtiterat Punico) P. Sulpicius, trib. pleb. diſertus, acer, opibus, gratia, amicitiis, vigore ingenii atque animi celeberrimus; cum antea rectiſſima voluntate apud populum maximam quæſiſſet dignitatem, quaſi pigeret eum virtutum ſuarum, & bene conſulta ei male cederent, ſubito pravus & præceps, C. Mario, poſt LXX annum omnia imperia & omnes provincias concupiſcenti addixit, legemque ad populum tulit, qua Sullæ imperium abrogaretur, C. Mario bellum decerneretur Mithridaticum; aliaſque leges pernicioſas & exitiabiles, neque tolerandas liberæ civitati, tulit. quin etiam Q. Pompeii cos. filium, eundemque Sullæ generum, per emiſſarios factionis ſuæ interfecit.

CAP. XIX. Tum Sulla contracto exercitu ad urbem rediit, eamque armis occupavit, XII aucto-

ctores novarum peſſimarumque rerum, inter quos Marium cum filio & P. Sulpicio, urbe exturbavit, ac lege lata exules fecit. Sulpicium etiam adſecuti equites, in Laurentinis paludibus jugulavere: caputque ejus erectum & oſtentatum pro Roſtris, velut omen imminentis proſcriptionis fuit. Marius poſt ſextum conſulatum annoque LXX, nudus ac limo obrutus, oculis tantummodo ac naribus eminentibus, extractus arundineto, circa paludem Maricæ, in quam ſe, fugiens conſectantes Sullæ equites, abdiderat, injecto in collum loro in carcerem Minturnenſium juſſu duumvirali perductus eſt. ad quem interficiendum miſſus cum gladio ſervus publicus natione Germanus, qui forte ab imperatore eo bello Cimbrico captus erat, ut agnovit Marium, magno ejulatu expromenti indignationem caſus tanti viri, abjecto gladio profugit è carcere. Tum cives, ab hoſte, miſereri paullo ante principis viri, docti, inſtructum eum viatico conlataque veſte, in navem impoſuerunt. at ille, adſecutus circa Ænariam filium, curſum in Africam direxit; inopemque vitam in tugurio ruinarum Carthaginienſium toleravit: cum Marius, aſpiciens Carthaginem, illa intuens Marium, alter alteri poſſent eſſe ſolatio.

CAP. XX. Hoc primum anno, ſanguine cos. Romani, militis imbutæ manus ſunt: quippe Pompejus collega Sullæ, ab exercitu Cn. Pompeji proconſulis, ſeditione, ſed quam dux creaverat, interfectus eſt. Non erat Mario Sulpicioque Cinna temperatior. itaque, cum ita civitas Italiæ data eſſet, ut in octo tribus contribuerentur novi cives; ne potentia eorum & multitudo veterum civium dignitatem frangeret, pluſque poſſent recepti in beneficium, quam auctores beneficii; Cinna, in omnibus tribubus eos ſe diſtributu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

rum, pollicitus eſt. quo nomine ingentem totius Italiæ frequentiam in urbem acciverat. è qua pulſus collegæ optimatiumque viribus, cum in Campaniam tenderet, ex auctoritate ſenatus conſulatus ei abrogatus eſt, ſuffectuſque in ejus locum L. Cornelius Merula flamen Dialis. Hæc injuria homine, quam exemplo dignior fuit. Tum Cinna, corruptis primo centurionibus ac tribunis, mox etiam ſpe largitionis, militibus, ab eo exercitu, qui circa Nolam erat, receptus eſt. is cum univerſus in verba ejus juraſſet, retinens inſignia conſulatus, patriæ bellum intulit, fretus ingenti numero novorum civium, è quorum delectu CCC amplius cohortes conſcripſerat, ac triginta legionum inſtar impleverat. Opus erat partibus, auctoritate, gratia: cujus augendæ, C. Marium cum filio de exilio revocavit, quique cum iis pulſi erant.

Cap. XXI. Dum bellum autem infert patriæ Cinna, Cn. Pompeius Magni pater (cujus præclara opera bello Marſico præcipue circa Picenum agrum, ut præſcripſimus, uſa erat reſp. quique Aſculum ceperat, circa quam urbem, cum in multis aliis regionibus exercitus diſperſi forent, V & $\overline{\text{LXX}}$ civium Romanorum, amplius $\overline{\text{LX}}$ Italicorum una die conflixerant) fruſtratus ſpe continuandi conſulatus, ita ſe dubium mediumque partibus præſtitit, ut omnia ex proprio uſu ageret, temporibuſque inſidiari videretur, & huc atque illuc, unde ſpes major affulſiſſet potentiæ, ſe exercitumque deflecteret. ſed ad ultimum magno atrocique prœlio cum Cinna conflixit. Cujus commiſſi patratique ſub ipſis mœnibus oculiſque urbis Romanæ, pugnantibus ſpectantibuſque quam fuerit eventus exitiabilis, vix verbis exprimi poteſt. Poſt hoc, cum utrumque exercitum, velut parum bello exhauſtum, laceraret peſtilen-
tia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

tia, Cn. Pompejus deceſſit: cujus interitus voluptas, amiſſorum aut gladio aut morbo civium pæne damno repenſata eſt: populuſque R., quam vivo iracundiam debuerat, in corpus mortui contulit. Seu duæ ſeu tres Pompejorum fuere familiæ, primus ejus nominis, ante annos fere CLXVIII, Q. Pompejus cum Cn. Servilio conſul fuit. Cinna & Marius, haud incruentis utrimque certaminibus editis, urbem occupaverunt: ſed prior ingreſſus Cinna, de recipiendo Mario legem tulit.

CAP. XXII. Mox C. Marius, peſtifero civibus ſuis reditu intravit mœnia. nihil illa victoria fuiſſet crudelius, niſi mox Sullana eſſet ſecuta. neque licentia in mediocres ſævitum, ſed excelſiſſimi quoque atque eminentiſſimi civitatis viri variis ſuppliciorum generibus affecti, in iis Cos. Octavius, vir leniſſimi animi, juſſu Cinnæ interfectus eſt. Merula autem, qui ſe ſub adventum Cinnæ conſulatu abdicaverat, inciſis venis ſuperfuſoque altaribus ſanguine, quos ſæpe pro ſalute reip. flamen Dialis precatus erat Deos, eos in exectationem Cinnæ partiumque ejus tum precatus, optime de rep. meritum ſpiritum reddidit. M. Antonius, princeps civitatis atque eloquentiæ, gladiis militum, quos ipſos facundia ſua moratus erat, juſſu Marii Cinnæque confoſſus eſt. Q. Catulus, & aliarum virtutum & belli Cimbrici gloria, quæ illi cum Mario communis fuerat, celeberrimus, cum ad mortem conquireretur, concluſit ſe loco nuper calce arenaque perpolito, inlatoque igni, qui vim odoris excitaret, ſimul exitiali hauſto ſpiritu, ſimul incluſo ſuo, mortem magis voto quam arbitrio inimicorum obiit. Omnia erant præcipitia in rep. nec tamen adhuc quiſquam inveniebatur, qui bona civis Romani aut donare auderet, aut petere ſuſtineret. Poſtea

id quoque acceſſit, ut ſævitiæ cauſſam avaritia præberet, & modus culpæ ex pecuniæ modo conſtitueretur; & qui fuiſſet locuples, fieret nocens, ſuique quiſque periculi merces foret; nec quidquam videretur turpe, quod eſſet quæſtuoſum.

CAP. XXIII. Secundum deinde conſulatum Cinna, & ſeptimum Marius in priorum dedecus iniit. cujus initio morbo oppreſſus deceſſit, vir in bello hoſtibus, in otio civibus infeſtiſſimus, quietiſque impatientiſſimus. In hujus locum ſuffectus Valerius Flaccus, turpiſſimæ legis auctor, qua creditoribus quadrantem ſolvi juſſerat: cujus facti merita eum pœna intra biennium conſecuta eſt. Dominante in Italia Cinna, major pars nobilitatis ad Sullam in Achaiam, ac deinde poſt in Aſiam perfugit. Sulla interim cum Mithridatis præfectis, circa Athenas Bœotiamque & Macedoniam ita dimicavit, ut & Athenas reciperet & plurimo circa multiplices Piræei portus munitiones labore expleto, amplius $\overline{cc}$ hoſtium interficeret, nec minus multa caperet. Si quis hoc rebellandi tempus, quo Athenæ oppugnatæ à Sulla ſunt, imputat Athenienſibus, nimium veri vetuſtatiſque ignarus eſt. adeo enim certa Athenienſium in Romanos fides fuit, ut ſemper & in omni re, quicquid ſincera fide gereretur, id Romani, Attica fieri, prædicarent. Ceterum tum oppreſſi Mithridatis armis homines miſerrimæ conditionis, cum ab inimicis tenerentur, oppugnabantur ab amicis, & animos extra mœnia; corpora, neceſſitati ſervientes intra muros habebant. Tranſgreſſus deinde in Aſiam Sulla, parentem ante omnia ſupplicemque Mithridatem invenit. quem multatum pecunia ac parte navium, Aſia omnibuſque aliis provinciis, quas armis occupaverat, decedere coëgit; captivos rece-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

cepit; in perfugas noxioſque animadvertit: paternis, id eſt, Ponticis finibus contentum eſſe juſſit.

CAP. XXIV. C. Flavius Fimbria, qui præfectus equitum ante adventum Sullæ, Valerium Flaccum conſularem virum interfecerat, exercituque occupato imperator appellatus, forte Mithridatem pepulerat prœlio, ſub adventum Sullæ ſe ipſe interemit; adoleſcens, quæ peſſime auſus erat, fortiter executus. Eodem anno P. Læ-nas trib. pleb. Sex. Lucilium, qui priore anno trib. pleb. fuerat, ſaxo Tarpejo dejecit; & cum collegæ ejus, quibus diem dixerat, metu ad Sullam profugiſſent, aqua ignique iis interdixit. Tum Sulla, compoſitis tranſmarinis rebus, cum ad eum, primum omnium Romanorum; legati Parthorum veniſſent, & in iis quidam magi ex notis corporis reſpondiſſent, cæleſtem ejus vitam & memoriam futuram, revectus in Italiam, haud plura quam XXX armatorum millia adverſum $\overline{C}$C amplius hoſtium expoſuit Brundiſii. Vix quidquam in Sullæ operibus clarius duxerim, quam quod, cum per triennium Cinnanæ Marianæque partes Italiam obſiderent, neque illaturum ſe bellum iis diſſimulavit, nec, quod erat in manibus, omiſit; exiſtimavitque ante frangendum hoſtem, quam ulciſcendum civem; repulſoque externo metu, ubi quod alienum eſſet viciſſet, ſuperaret quod erat domeſticum. Ante adventum L. Sullæ, Cinna ſeditione orta ab exercitu interemtus eſt: vir dignior, qui arbitrio victorum moreretur, quam iracundia militum, de quo vere dici poteſt, auſum eum quæ nemo auderet bonus, perfeciſſe quæ à nullo niſi fortiſſimo perfici poſſent; & fuiſſe eum in conſultando temerarium, in exequendo virum. Carbo, nullo ſuffecto collega, ſolus toto anno cos. fuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

CAP. XXV. Putares, Sullam veniſſe in Italiam, non belli vindicem, ſed pacis auctorem: tanta cum quiete exercitum per Calabriam Apuliamque, cum ſingulari cura frugum, agrorum, hominum, urbium, perduxit in Campaniam; tentavitque juſtis legibus & æquis conditionibus bellum componere: ſed iis, quibus & peſſima & immodica cupiditas erat, non poterat pax placere. Creſcebat interim in dies Sullæ exercitus, confluentibus ad eum optimo quoque & ſaniſſimo. Felici deinde circa Capuam eventu Scipionem Norbanumque coss. ſuperat: quorum Norbanus, acie victus; Scipio, ab exercitu ſuo deſertus ac proditus, inviolatus à Sulla dimiſſus eſt. adeo enim Sulla diſſimilis fuit bellator ac victor, ut dum vincit juſtiſſimo lenior; poſt victoriam audito fuerit crudelior. nam & conſulem, ut prædiximus, exarmatumque Sertorium, (proh quanti mox belli facem!) & multos alios, potitus eorum, dimiſit incolumes: credo, ut in eodem homine duplicis ac diverſiſſimi animi conſpiceretur exemplum. Poſt victoriam, qua deſcendens montem Tifata cum C. Norbano concurrerat Sulla, grates Dianæ, cujus numini regio illa ſacrata eſt, ſolvit; aquas ſalubritate medendiſque corporibus nobiles, & agros omnes addixit Deæ. hujus gratæ religionis memoriam & inſcriptio templi adfixa poſti hodieque, & tabula teſtatur ærea intra ædem.

CAP. XXVI. Inde Coss. Carbo III, & C. Marius, ſepties Cos. filius, annos natus XXVI. vir animi magis quam ævi paterni, multa fortiterque molitus, neque uſquam inferior nomine conſulis, apud Sacriportum pulſus à Sulla acie, Præneſte, quod ante natura munitum præſidiis firmaverat, ſe exercitumque contulit. Ne quid umquam malis publicis deeſſet, in qua civitate

ſem-

ſemper virtutibus certatum erat, certabatur ſceleribus; optimuſque ſibi videbatur, qui fuerat peſſimus. quippe dum ad Sacriportum dimicatur, Damaſippus prætor Domitium, Scævolam etiam Pontificem maximum & divini humanique juris auctorem celeberrimum, & C. Carbonem prætorium, Cos. fratrem, & Antiſtium ædilitium, velut faventes Sullæ partibus, in curia Hoſtilia trucidavit. Non perdit nobiliſſimi facti gloriam Calpurnia, Beſtiæ filia, uxor Antiſtii: quæ jugulato, [ut prædiximus,] viro, gladio, ſe ipſam transfixit. quantum hujus gloriæ, famæque acceſſit? nunc virtute eminet, patria latet.

CAP. XXVII. At Pontius Teleſinus dux Samnitium, vir animi bellique fortiſſimus, penituſque Romano nomini infeſtiſſimus, contractis circiter XL fortiſſimæ pertinaciſſimæque in retinendis armis juventutis, Carbone ac Mario Coss. abhinc annos CXI, Kalendis Novembribus ita ad portam Collinam cum Sulla dimicavit, ut ad ſummum diſcrimen & eum & remp. perduceret. quæ non majus periculum adiit, Hannibalis intra tertium miliarium caſtra conſpicata, quam eo die, quo circumvolans ordines exercitus ſui Teleſinus, dictitanſque adeſſe Romanis ultimum diem, vociferabatur eruendam delendamque urbem: adjiciens, numquam defuturos raptores Italicæ libertatis lupos; niſi ſilva, in quam refugere ſolerent, eſſet exciſa. Poſt primam demum horam noctis & Romana acies reſpiravit, & hoſtium ceſſit. Teleſinus poſtera die ſemianimis repertus eſt, victoris magis quam morientis vultum præferens; cujus abſciſum caput ferri geſtarique circa Præneſte Sulla juſſit. Tum demum, deſperatis rebus ſuis, C. Marius adoleſcens per cuniculos, qui miro o-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

pere fabricati in diverſas agrorum partes ferunt, conatus erumpere, cum foramine è terra emerſiſſet, à diſpoſitis in id ipſum interemtus eſt. Sunt, qui ſua manu; ſunt, qui concurrentem mutuis ictibus cum minore fratre Teleſino, una obſeſſo & erumpente, occubuiſſe prodiderint. utcumque cecidit, hodieque tanta patris imagine non obſcuratur ejus memoria. de quo juvene quid exiſtimaverit Sulla, in promtu eſt. occiſo enim demum eo, Felicis nomen adſumſit: quod quidem uſurpaſſet juſtiſſime, ſi eundem & vincendi & vivendi finem habuiſſet. Oppugnationi autem Præneſtis ac Marii præfuerat Ofella Lucretius; qui cum ante Marianarum fuiſſet partium, prætor ad Sullam transfugerat. Felicitatem diei, quo Samnitium Teleſinique pulſus eſt exercitus, Sulla perpetua ludorum Circenſium honoravit memoria, qui ſub ejus nomine Sullanæ victoriæ celebrantur.

CAP. XXVIII. Paullo ante quam Sulla ad Sacriportum dimicaret, magnificis præliis partium ejus viri hoſtium exercitum fuderant: duo Servilii apud Cluſium, Metellus Pius apud Faventiam, M. Lucullus circa Fidentiam. Videbantur finita belli civilis mala, cum Sullæ crudelitate aucta ſunt. quippe dictator creatus (cujus honoris uſurpatio per annos CXX intermiſſa. nam proximus poſt annum, quam Hannibal Italia exceſſerat: uti adpareat populum R. uſum dictatoris non tam deſideraſſe, quam timuiſſe poteſtatem imperii, quo priores ad vindicandam maximis periculis remp. uſi fuerant) immodicæ crudelitatis licentia uſus eſt. Primus ille (& utinam ultimus!) exemplum proſcriptionis invenit, ut, in qua civitate petulantis convicii judicium hiſtrioni rarum redditur, in ea jugulati civis reis ex alto, conſtitueretur auctoramentum; plu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

plurimumque haberet, qui plurimos interemiſſet; neque occiſi hoſtis, quam civis, uberius foret præmium; fieretque quiſque merces mortis ſuæ. Nec tamen in eos, qui contra arma tulerant, ſed in multos inſontes ſævitum. adjectum etiam, ut bona proſcriptorum venirent, excluſique paternis opibus liberi, etiam petendorum honorum jure prohiberentur; ſimulque, quod indigniſſimum eſt, ſenatorum filii & onera ordinis ſuſtinerent & jura perderent.

CAP. XXIX. Sed adventum in Italiam L. Sullæ, Cn. Pompejus, ejus Cn. Pompeji filius, quem magnificentiſſimas res in conſulatu geſſiſſe bello Marſico prædiximus, XXIII annos natus, abhinc annos CXIII, privatis ut opibus ita conſiliis magna auſus, magnificeque conata executus, ad vindicandam reſtituendamque dignitatem patriæ, firmum ex agro Piceno, qui totus paternis ejus clientelis refertus erat, contraxit exercitum. cujus viri magnitudo multorum voluminum inſtar exigit: ſed operis modus paucis eum narrari jubet. Fuit hic genitus matre Lucilia, ſtirpis ſenatoriæ, forma excellens, non eâ, qua flos commendatur ætatis, ſed ex dignitate, conſtantiaque in illam conveniens amplitudinem, fortunam quæ ejus ad ultimum vitæ comitata eſt diem: innocentia eximius, ſanctitate præcipuus, eloquentia medius; potentiæ, quæ honoris cauſſa ad eum deferretur, non ut ab eo occuparetur, cupidiſſimus; dux bello peritiſſimus; civis in toga (niſi ubi vereretur, ne quem haberet parem) modeſtiſſimus; amicitiarum tenax, in offenſis exorabilis, in reconcilianda gratia fideliſſimus, in accipienda ſatisfactione faciliimus; potentia ſua numquam aut raro ad impotentiam uſus; pæne omnium vitiorum expers, niſi numeraretur inter maxima, in civitate libe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ra dominaque gentium, indignari, cum omnes cives jure haberet pares, quemquam æqualem dignitate conſpicere. Hic à toga virili adſuetus commilitio prudentiſſimi ducis parentis ſui bonum & capax recta diſcendi ingenium ſingulari rerum militarium prudentia excoluit, ut à Sertorio Metellus laudaretur magis, Pompejus timeretur validius.

CAP. XXX. Tum M. Perperna prætorius, è proſcriptis, gentis clarioris, quam animi, Sertorium inter cœnam Etoſcæ interemit, Romaniſque certam victoriam, partibus ſuis excidium, ſibi turpiſſimam mortem peſſimo auctoravit facinore. Metellus & Pompejus ex Hiſpaniis triumphaverunt: ſed Pompejus hoc quoque triumpho, adhuc eques Ro., ante diem quam conſulatum iniret, curru urbem invectus eſt. Quem virum, quis non miretur, per tot extraordinaria imperia in ſummum faſtigium vectum, iniquo tuliſſe animo, C. Cæſaris in altero conſulatu petendo, ſenatum populumque R. rationem habere. adeo familiare eſt hominibus, omnia ſibi ignoſcere, nihil aliis remittere; & invidiam rerum non ad cauſſam, ſed ad voluntatem perſonaſque dirigere. Hoc conſulatu Pompejus tribunitiam poteſtatem reſtituit, cujus Sulla imaginem ſine re reliquerat. Dum Sertorianum bellum in Hiſpania geritur, LXIV fugitivi è ludo gladiatorio Capua profugientes, duce Spartaco, raptis ex ea urbe gladiis, primo Veſuvium montem petiere? mox creſcente in dies multitudine, gravibus variiſque caſibus adfecere Italiam. quorum numerus in tantum adolevit, ut qua ultimo dimicavere acie, XL. millia hominum ſe Romano exercitui oppoſuerint. Hujus patrati gloria penes M. Craſſum fuit, mox Romanorum omnium principem. Converterat Cn. Pompeji perſona totum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

in ſe terrarum orbem, & per omnia majore vi habebatur.

CAP. XXXI. Qui cum Cos. perquam laudabiliter juraſſet, ſe in nullam provinciam ex eo magiſtratu iturum, idque ſervaſſet, poſt biennium A. Gabinius tribunus legem tulit, ut, cum belli more non latrociniorum, orbem claſſibus jam, non furtivis expeditionibus, piratæ terrerent, quaſdamque etiam Italiæ urbes diripuiſſent; Cn. Pompeius ad eos opprimendos mitteretur; eſſetque ei imperium æquum in omnibus provinciis cum proconſulibus, uſque ad quinquageſimum miliarium à mari, quo S. C. pæne totius terrarum orbis imperium uni viro deferebatur: ſed tamen idem hoc ante biennium in M. Antonii prætura decretum erat. ſed interdum perſona, ut exemplo nocet, ita invidiam auget aut levat. in Antonio homines æquo animo paſſi erant. raro enim invidetur eorum honoribus, quorum vis non timetur. Contra in iis homines extraordinaria reformidant, qui ea ſuo arbitrio aut depoſituri aut retenturi videntur, & modum in voluntate habent. Diſſuadebant optimates: ſed conſilia impetu victa ſunt.

CAP. XXXII. Digna eſt memoria Q. Catuli cum auctoritas tum verecundia: qui cum diſſuadens legem in concione dixiſſet, eſſe quidem præclarum virum Cn. Pompejum, ſed nimium jam liberæ reip. neque omnia in uno reponenda: adjeciſſetque, Si quid huic acciderit, quem in ejus locum ſubſtituetis? ſubclamavit univerſa concio, Te Q. Catule. Tum ille victus conſenſu omnium, & tam honorifico civitatis teſtimonio, è concione diſceſſit. Hic hominis verecundiam, populi juſtitiam mirari libet; hujus quod non ultra contendit; plebis, quod diſſuadentem & adverſarium voluntatis ſuæ vero teſtimonio frau-

dare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

dare noluit. Per idem tempus Cotta judicandi munus, quod C. Gracchus ereptum ſenatui ad equites, Sulla ab illis ad ſenatum tranſtulerant, æqualiter inter utrumque ordinem, partitus eſt. & Otho Roſcius lege ſua equitibus in theatro loca reſtituit. At Cn. Pompejus, multis & præclaris viris in id bellum adſumptis, deſcriptoque in omnes receſſus maris præſidio navium, brevi, inexſuperabili manu, terrarum orbem liberavit, prædoneſque per multa prœlia multis locis victos, circa Ciliciam claſſe adgreſſus fudit ac fugavit. & quo maturius bellum tam late diffuſum conficeret, reliquias eorum contractas, in urbibus remotoque à mari loco, in certa ſede conſtituit. Sunt qui hoc carpant. ſed quamquam in auctore ſatis rationis eſt, tamen ratio quemlibet magnum auctorem faceret. data enim facultate ſine rapto vivendi, rapinis arcuit.

CAP. XXXIII. Cum eſſet in fine bellum piraticum, & L. Lucullus (qui ante ſeptem annos ex Cos. ſortitus Aſiam, Mithridati oppoſitus erat, magnaſque ac memorabiles res ibi geſſerat, Mithridaten ſæpe multis locis fuderat, egregia Cyzicum liberarat victoria, Tigranen regum maximum in Armenia vicerat, ultimamque bello manum pæne magis noluerat imponere, quam non potuerat; qui alioqui per omnia laudabilis, & bello pæne invictus pecuniæ expellebatur cupidine) idem bellum adhuc adminiſtraret, Manilius trib. pleb. ſemper venalis & alienæ miniſter potentiæ, legem tulit, ut bellum Mithridaticum per Cn. Pompejum adminiſtraretur. Accepta ea, magniſque certatum inter imperatores jurgiis: cum Pompejus Lucullo infamiam pecuniæ, Lucullus Pompejo interminatam cupiditatem objiceret imperii, neuterque ab eo, quod arguebatur, mentitus argui poſſet, nam neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Pompejus, ut primum ad remp. adgreſſus eſt, quemquam animo parem tulit: & in quibus rebus primus eſſe debebat, ſolus eſſe cupiebat. neque eo viro quiſquam aut alia omnia minus, aut gloriam magis concupiit. in adpetendis honoribus inmodicus, in gerendis verecundiſſimus: & qui eos ut libentiſſime iniret, ita finiret æquo animo; & quod cupiſſet, arbitrio ſuo ſumeret, alieno deponeret. & Lucullus, ſummus alioqui vir, profuſæ hujus in ædificiis convictibuſque & apparatibus luxuriæ primus auctor fuit. quem ob injectas moles mari, & receptum ſuffoſſis montibus in terras mare, haud infacete Magnus Pompejus Xerxen togatum vocare aſſueverat.

CAP. XXXIV. Per id tempus à Q. Metello Creta inſula in populi R. poteſtatem redacta eſt. quæ ducibus Panare & Laſthene, XXIV juvenum coactis, velocitate pernicibus, armorum laborumque patientiſſimis, ſagittarum uſu celeberrimis, per triennium Romanos exercitus fatigaverat. Ne ab hujus quidem uſura gloriæ temperavit animum Cn. Pompejus, quin victoriæ partem conaretur vindicare. Sed & Luculli & Metelli triumphum cum ipſorum ſingularis virtus, tum etiam invidia Pompeji apud optimum quemque fecit favorabilem. Per hæc tempora M. Cicero, qui omnia incrementa ſua ſibi debuit, vir novitatis nobiliſſimæ, & ut vita clarus, ita ingenio maximus; qui effecit, ne quorum arma viceramus, eorum ingenio vinceremur; Cos. Sergii Catilinæ Lentulique & Cethegi & aliorum utriuſque ordinis virorum conjurationem ſingulari virtute, conſtantia, vigilia, curaque eripuit. Catilina metu conſularis imperii urbe pulſus eſt. Lentulus conſularis & prætor iterum, Cethegusque & alii clari nominis viri auctore ſenatu, juſſu Cos. in carcere necati ſunt.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

CAP. XXXV. Ille ſenatus dies, quo hæc acta ſunt, virtutem M. Catonis, jam multis in rebus conſpicuam atque prænitentem altiſſime inluminavit. Hic genitus proavo M. Catone, principe illo familiæ Porciæ, homo virtuti ſimillimus, & per omnia ingenio diis quam hominibus propior, qui numquam recte fecit, ut facere videretur, ſed quia aliter facere non poterat; cuique id ſolum viſum eſt rationem habere, quod haberet juſtitiam, omnibus humanis vitiis immunis, ſemper fortunam in ſua poteſtate habuit. hic trib. pleb. deſignatus, adhuc admodum adoleſcens, cum alii ſuaderent, ut per municipia Lentulus conjuratique cuſtodirentur, pæne inter ultimos interrogatus ſententiam, tanta vi animi atque ingenii invectus eſt in conjurationem, eo ardore oris orationem omnium lenitatem ſuadentium, ſocietate conſilii ſuſpectam fecit; ſic impendentia ex ruinis incendiiſque urbis & commutatione ſtatus publici pericula expoſuit, ita conſulis virtutem amplificavit: ut univerſus ſenatus in ejus ſententiam tranſiret, animadvertendumque in eos, quos prædiximus, cenſeret; majorque pars ordinis ejus Catonem proſequerentur domum. At Catilina non ſegnius conata obiit, quam ſceleris conandi conſilia inierat. quippe fortiſſime dimicans, quem ſpiritum ſupplicio debuerat, prælio reddidit.

CAP. XXXVI. Conſulatui Ciceronis non mediocre adjecit decus natus eo anno Divus Auguſtus, abhinc annos LXXXII: omnibus omnium gentium viris magnitudine ſua inducturus caliginem. Jam pæne ſupervacaneum videri poteſt, eminentium ingeniorum notare tempora. quis enim ignorat diremtos gradibus ætatis floruiſſe hoc tempore Ciceronem, Hortenſium, ſaneque Craſſum, Catonem, Sulpicium; moxque

que Brutum, Calidium, Cœlium, Calvum, & proximum Ciceroni Cæſarem; eorumque velut alumnos Corvinum ac Pollionem Aſinium, æmulumque Thucydidis Salluſtium: auctoreſque carminum Varronem ac Lucretium, neque ullo in ſuſcepti operis ſui carmine minorem Catullum. Pæne ſtulta eſt inhærentium oculis ingeniorum enumeratio: inter quæ maxime noſtri ævi eminent, princeps carminum Virgilius, Rabiriuſque, & conſecutus Salluſtium Livius, Tibulluſque & Naſo, perfectiſſimi in forma operis ſui. nam vivorum ut magna admiratio, ita cenſura difficilis eſt.

CAP. XXXVII. Dum hæc in urbe Italiaque geruntur, Cn. Pompejus memorabile adverſus Mithridaten, qui poſt Luculli profectionem magnas novi exercitus vires reparaverat, bellum geſſit. At rex fuſus fugatuſque & omnibus exutus copiis Armeniam Tigranemque ſocerum petit, regem ejus temporis, niſi, quia Luculli armis erat infractus, potentiſſimum. Simul itaque duos perſecutus Pompejus, intravit Armeniam. prior filius Tigranis, ſed diſcors patri, pervenit ad Pompejum; mox ipſe ſupplex & præſens ſe regnumque ditioni ejus permiſit, præfatus: Neminem alium neque Romanum neque ullius gentis virum futurum fuiſſe, cujus ſe ſocietati commiſſurus foret, quam Cn. Pompejum: proinde omnem ſibi vel adverſam vel ſecundam, cujus auctor ille eſſet, fortunam tolerabilem futuram. non eſſe turpe ab eo vinci, quem vincere eſſet nefas: neque ei inhoneſte aliquem ſummitti, quem fortuna ſuper omnes extuliſſet. Servatus regi honos imperii, ſed multato ingenti pecunia: quæ omnia, ſicuti Pompejo moris erat, redacta in quæſtoris poteſtatem, ac publicis deſcripta litteris. Syria aliæque, quas occupaverat, provinciæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ciæ ereptæ; & aliæ reſtitutæ populo R. aliæ tum primum in ejus poteſtatem redactæ: ut Syria, quæ tum primum facta eſt ſtipendiaria. finis imperii regii terminatus Armenia.

CAP. XXXVIII. Haud abſurdum videtur propoſiti operis regulæ, paucis percurrere, quæ cujuſque ductu gens ac natio redacta in formulam provinciæ, ſtipendia pacta ſit: * Notabimus ut quæ facilius, quam partibus, ſimul univerſa conſpici poſſint. Primus in Siciliam trajecit exercitum Cos. Claudius, & provinciam eam, poſt annos ferme LII, captis Syracuſis, fecit Marcellus Claudius. Primus Africam Regulus, nono ferme anno primi Punici belli: ſed poſt CCIV annos P. Scipio Æmilianus, eruta Carthagine, abhinc annos CLXXXII Africam in formulam redegit provinciæ. Sardinia inter primum & ſecundum bellum Punicum, ductu T. Manlii Cos., certum recepit imperii jugum. Immane bellicæ civitatis argumentum, quod ſemel ſub regibus, iterum hoc T. Manlio conſule, tertium Auguſto principe, certæ pacis argumentum Janus Geminus clauſus dedit. In Hiſpanias primi omnium duxere exercitus Cn. & P. Scipiones, initio ſecundi belli Punici, abhinc annos CCL, inde varie poſſeſſa, & ſæpe amiſſa partibus, univerſa ductu Auguſti facta ſtipendiaria eſt. Macedoniam Paullus, Mummius Achaiam, Fulvius Nobilior ſubegit Ætoliam:. Aſiam L. Scipio Africani frater eripuit Antiocho: ſed beneficio ſenatus populique R. mox ab Attalis poſſeſſam regibus, M. Perperna capto Ariſtonico fecit tributariam. Cypro devictâ nullis aſſignanda gloria eſt. quippe Senatuſconſulto, miniſterio Catonis, regis morte, quam ille conſcientia acciverat, facta provincia eſt. Creta Metelli ductu longiſſimæ libertatis fine multata. Et Syria Pontuſ-

tuſque Cn. Pompeji virtutis monumenta ſunt.

CAP. XXXIX. Gallias primum Domitio & Fabio nepote Paulli, qui Allobrogicus vocatus eſt, intratas cum exercitu, magna mox clade noſtra ſæpe & adfectavimus & amiſimus. ſed fulgentiſſimum C. Cæſaris opus in iis conſpicitur: quippe ejus ductu auſpiciiſque infractæ, pæne idem, quod totus terrarum orbis ignavum conferunt ſtipendium. Ab eodem facta Numidia. Ciliciam perdomuit Iſauricus, & poſt bellum Antiochinum Vulſo Manlius Gallo-græciam. Bithynia, ut prædiximus, teſtamento Nicomedis relicta hereditaria. Divus Auguſtus præter Hiſpaniam aliaſque gentes, quarum titulis forum ejus prænitet, pæne idem facta Ægypto ſtipendiaria, quantum pater ejus Gallia, in ærarium reditus contulit. At Ti. Cæſar, quam certam Hiſpanis parendi confeſſionem extorſerat parens, Illyriis Dalmatiſque extorſit. Rhætiam autem & Vindelicos ac Noricos, Pannoniamque & Scordiſcos, novas imperio noſtro ſubjunxit provincias. Ut has armis, ita auctoritate Cappadociam populo R. fecit ſtipendiariam. Sed revertamur ad ordinem.

CAP. XL. Secuta deinde Cn. Pompeji militia, gloriæ laboriſne majoris, incertum eſt. Penetratæ cum victoria Media, Albania, Hiberia; ac deinde flexum agmen ad eas nationes, quæ dextra atque intima Ponti incolunt, Colchos, Henioch oſque & Achæos. & oppreſſus auſpiciis Pompeji, inſidiis filii Pharnacis, Mithridates ultimus omnium juris ſui regum, præter Parthicos. Tum victor omnium, quas adierat, gentium Pompejus, ſuoque & civium voto major, & per omnia fortunam hominis egreſſus, revertit in Italiam. Cujũs reditum favorabilem opinio fecerat. quippe plerique non ſine exercitu venturum in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

in urbem, adfirmabant, & libertati publicæ ſtatuturum arbitrio ſuo modum. Quo magis hoc homines timuerant, eo gratior civilis tanti imperatoris reditus fuit. omni quippe Brundiſii dimiſſo exercitu, nihil præter nomen imperatoris retinens, cum privato comitatu, quem ſemper illi vacare moris fuit, in urbem rediit; magnificentiſſimumque de tot regibus per biduum egit triumphum; longeque majorem omni ante ſe inlata pecunia in ærarium; præterquam à Paullo, ex manubiis intulit. abſente Cn. Pompejo, T. Ampius, & T. Labienus trib. pleb. legem tulerunt, ut is ludis Circenſibus corona laurea, & omni cultu triumphantium uteretur, ſcenicis autem prætexta coronaque laurea. Id ille non plus quam ſemel (& hoc ſane nimium fuit) uſurpare ſuſtinuit. Hujus viri faſtigium tantis auctibus fortuna extulit, ut primum ex Africa, iterum ex Europa, tertio ex Aſia triumpharet: & quot partes terrarum orbis ſunt, totidem faceret monumenta victoriæ ſuæ. Numquam eminentia invidia carent. Itaque & Lucullus, memor tamen acceptæ injuriæ, & Metellus Creticus, non injuſte querens (quippe ornamentum triumphi ejus captivos duces Pompejus ſubduxerat) & cum iis pars optimatium refragabatur, ne aut promiſſa civitatibus, à Pompejo; aut bene meritis præmia, ad arbitrium ejus, perſolverentur.

CAP. XLI. Secutus deinde eſt conſulatus C. Cæſaris, qui ſcribenti manum injicit, & quamlibet feſtinantem in ſe morari cogit. hic nobiliſſima Juliorum genitus familia, & quod inter omnes antiquiſſimos conſtabat, ab Anchiſe ac Venere deducens genus, forma omnium civium excellentiſſimus, vigore animi acerrimus, munificentiæ effuſiſſimus, animo ſuper humanam & naturam & fidem evectus, magnitudine cogita-

ta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

tationum, celeritate bellandi, patientia periculorum, Magno illi Alexandro, ſed ſobrio neque iracundo, ſimillimus; qui denique ſemper & ſomno & cibo in vitam non in voluptatem uteretur; cum fuiſſet C. Mario ſanguine conjunctiſſimus, atque idem Cinnæ gener: cujus filiam ut repudiaret, nullo metu compelli potuit; cum M. Piſo conſularis Anniam, quæ Cinnæ uxor fuerat, in Sullæ dimiſiſſet gratiam; habuiſſetque fere XIIX. annos, eo tempore, quo Sulla rerum potitus eſt; magis miniſtris Sullæ adjutoribuſque partium, quam ipſo, conquirentibus eum ad necem, mutata veſte, diſſimilemque fortunæ ſuæ indutus habitum, nocte urbe elapſus eſt. Idem poſtea admodum juvenis, cum à piratis captus eſſet, ita ſe per omne ſpatium, quo ab his retentus eſt, apud eos geſſit, ut pariter his terrori venerationique eſſet; neque unquam aut nocte aut die (cur enim, quod vel maximum eſt, ſi narrari verbis ſpecioſis non poteſt, omittatur?) aut excalcearetur aut diſcingeretur, in hoc ſcilicet, ne, ſi quando aliquid ex ſolito variaret, ſuſpectus his, qui oculis tantummodo eum cuſtodiebant, foret.

CAP. XLII. Longum eſt narrare, quid & quoties auſus ſit, quanto opere conata ejus, qui obtinebat Aſiam magiſtratus P. R. metu ſuo deſtituerit. Illud referatur, documentum tanti mox evaſuri viri. Quæ nox eam diem ſecuta eſt, qua publica civitatium pecunia redemtus eſt (ita tamen ut cogeret ante obſides à piratis civitatibus dari) contracta claſſe & privatus & tumultuaria, invectus in eum locum in quo ipſi prædones erant, partem claſſis fugavit, partem merſit, aliquot naves multoſque mortales cepit; lætuſque nocturnæ expeditionis triumpho, ad ſuos reverſus eſt: mandatiſque cuſtodiæ, quos ceperat, in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Bithyniam perrexit, ad proconſulem Junium (tum idem enim Aſiam eam quam obtinebat) petens, ut auctor fieret ſumendi de captivis ſupplicii. quod cum ille ſe facturum, negaſſet, venditurumque captivos dixiſſet, (quippe ſequebatur invidia inertiam) incredibili celeritate revectus ad mare, prius quam de ea re ulli proconſulis redderentur epiſtulæ, omnes quos ceperat ſuffixit cruci.

CAP. XLIII. Idem mox ad ſacerdotium ineundum (quippe abſens pontifex factus erat in Cottæ conſularis locum, cum pæne puer à Mario Cinnaque Flamen Dialis creatus, victoria Sullæ, qui omnia ab iis acta fecerat inrita, amiſiſſet id ſacerdotium) feſtinans in Italiam, ne conſpiceretur à prædonibus, omnia tunc obtinentibus maria & merito jam infeſtis ſibi, quatuor ſcalmorum navem, una cum duobus amicis decemque ſervis ingreſſus, effuſiſſimum Hadriatici maris trajecit ſinum. Quo quidem in curſu conſpectis, ut putabat, piratarum navibus, cum exuiſſet veſtem alligaſſetque pugionem ad femur, alterutri ſe fortunæ parans, mox intellexit fruſtratum eſſe viſum ſuum, arborumque ex longinquo ordinem antemnarum præbuiſſe imaginem. Reliqua ejus acta in urbe, nobiliſſimaque Dolabellæ accuſatio, & major civitatis in ea favor quam reis præſtari ſolet; contentioneſque civiles cum Q. Catulo atque aliis eminentiſſimis viris, celeberrimæ; & ante præturam victus maximi pontificatus petitione Q. Catulus, omnium confeſſione ſenatus princeps; & reſtituta in ædilitate, adverſante quidem nobilitate, monumenta C. Marii; ſimulque revocati ad jus dignitatis proſcriptorum liberi; & prætura quæſturaque mirabili virtute atque induſtria obita in Hiſpania, cum eſſet quæſtor ſub Vetere Antiſtio, avo hujus Veteris con-

conſularis atque pontificis, duorum conſularium & ſacerdotum patris, viri in tantum boni, in quantum humana ſimplicitas intelligi poteſt; quo notiora ſunt, minus egent ſtilo.

CAP. XLIV. Hoc igitur Cos. inter eum & Cn. Pompejum & M. Craſſum inita potentiæ ſocietas, quæ urbi orbique terrarum, nec minus diverſo quoque tempore, ipſis exitiabilis fuit. Hoc conſilium ſequendi Pompejus cauſſam habuerat, ut tandem acta in tranſmarinis provinciis, quibus, ut prædiximus, multi obtrectabant, per Cæſarem confirmarentur Cos.: Cæſar autem, quod animadvertebat ſe cedendo Pompeji gloriæ aucturum ſuam, &, invidia communis potentiæ in illum relegata, confirmaturum vires ſuas: Craſſus, ut quem principatum ſolus adſequi non poterat, auctoritate Pompeji, viribus teneret Cæſaris. Affinitas etiam inter Cæſarem Pompejumque contracta nuptiis. quippe filiam C. Cæſaris Cn. Magnus duxit uxorem. In hoc conſulatu Cæſar legem tulit, ut ager Campanus plebei divideretur, ſuaſore legis Pompejo. ita circiter $\overline{\text{XX}}$ civium eo deducta, & jus ab his reſtitutum poſt annos circiter CLII, quam bello Punico ab Romanis Capua in formam præfecturæ redacta erat. Bibulus collega Cæſaris, cum actiones ejus magis vellet impedire, quam poſſet, majore parte anni domi ſe tenuit. quo facto dum augere vult invidiam collegæ, auxit potentiam. Tum Cæſari decretæ in quinquennium Galliæ.

CAP. XLV. Per idem tempus P. Clodius, homo nobilis, diſertus, audax, qui neque dicendi neque faciendi ullum, niſi quem vellet, noſſet modum, malorum propoſitorum executor acerrimus, infamis etiam ſororis ſtupro, & actus inceſti reus ob initum inter religioſiſſima P. R.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ſacra adulterium; cum graves inimicitias cum M. Cicerone exerceret (quid enim inter tam diſſimiles amicum eſſe poterat?) & à patribus ad plebem tranſiſſet, legem in tribunatu tulit: Qui civem R. indemnatum interemiſſet, ei aqua & igni interdiceretur. Cujus verbis etſi non nominabatur Cicero, tamen ſolus petebatur. ita vir optime meritus de rep. conſervatæ patriæ pretium calamitatem exilii tulit. Non caruerunt ſuſpicione oppreſſi Ciceronis Cæſar & Pompejus. Hoc ſibi contraxiſſe videbatur Cicero, quod inter XX viros dividendo agro Campano eſſe noluiſſet. Idem intra biennium, ſera Cn. Pompeji cura, verum ut cœpit interrita, votiſque Italiæ ac decretis ſenatus, virtute atque actione Annii Milonis trib. pleb. dignitati patriæque reſtitutus eſt. Neque poſt Numidici exſilium aut reditum, quiſquam aut expulſus invidioſius, aut receptus eſt lætius. Cujus domus, quam infeſte à Clodio disjecta erat, tam ſpecioſe à ſenatu reſtituta eſt. Idem P. Clodius in ſenatu, ſub honorificentiſſimo miniſterii titulo, M. Catonem à rep. relegavit. quippe legem tulit, ut is quæſtor cum jure prætorio, adjecto etiam quæſtore, mitteretur in inſulam Cyprum, ad ſpoliandum regno Ptolemæum, omnibus morum vitiis eam contumeliam meritum. Sed ille, ſub adventum Catonis, vitæ ſuæ vim intulit: unde pecuniam longe ſperata majorem Cato Romam retulit. cujus integritatem laudari, nefas eſt: inſolentia pæne argui poteſt, quod una cum Coss. ac ſenatu effuſa civitate obviam, cum per Tiberim ſubiret navibus, non ante iis egreſſus eſt, quam ad eum locum pervenit, ubi erat exponenda pecunia.

CAP. XLVI. Cum deinde immanes res, vix multis voluminibus explicandas, C. Cæſar in Gallia ageret; nec contentus plurimis ac feliciſſimis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ſimis victoriis, innumerabilibuſque cæſis & captis hoſtium milibus, etiam in Britanniam trajeciſſet exercitum, alterum pæne imperio noſtro ac ſuo quærens orbem: invictum par conſulum Cn. Pompejus & M. Craſſus, alterum iniere conſulatum; qui neque petitus honeſte ab his, neque probabiliter geſtus eſt. Cæſari lege, quam Pompejus ad populum tulit, prorogatæ in idem ſpatium temporis provinciæ: Craſſo bellum Parthicum in animo molienti, Syria decreta. qui vir, cetera ſanctiſſimus immuniſque voluptatibus, neque in pecunia neque in gloria concupiſcenda aut modum norat, aut capiebat terminum. hunc proficiſcentem in Syriam diris cum ominibus, tribuni pleb. fruſtra retinere conati. quorum exſecrationes ſi in ipſum tantummodo valuiſſent, vile imperatoris damnum ſalvo exercitu fuiſſet reip. Tranſgreſſum Euphraten Craſſum petentemque Seleuciam, circumfuſis immanibus copiis equitum, rex Orodes una cum parte majore Romani exercitus interemit. reliquias legionum C. Caſſius, atrociſſimi mox auctor facinoris, tum quæſtor, conſervavit; Syriamque adeo in P. R. poteſtate retinuit, ut tranſgreſſos in eam Parthos, felici rerum eventu fugaret ac funderet.

CAP. XLVII. Per hæc, inſequentiaque, & quæ prædiximus tempora, amplius cccc hoſtium à C. Cæſare cæſa ſunt, plura capta. pugnatum ſæpe directa acie, ſæpe in agminibus, ſæpe eruptionibus: bis penetrata Britannia. novem denique æſtatibus vix ulla non juſtiſſimus triumphus emeritus. Circa Aleſiam vero tantæ res geſtæ, quantas audere vix hominis; perficere, pæne nullius, niſi Dei, fuerit. Septimo ferme anno Cæſar morabatur in Galliis, cum medium jam ex invidia potentiæ male cohærentis inter

Cn. Pompejum & C. Cæſarem concordiæ pignus, Julia uxor Magni deceſſit; atque omnia inter deſtinatos tanto diſcrimini duces dirimente fortuna, filius quoque parvus Pompeii, Julia natus, intra breve ſpatium obiit. Tum in gladios cædeſque civium furente ambitu, cujus neque finis reperiebatur, nec modus, tertius conſulatus ſoli Cn. Pompejo, etiam adverſantium antea dignitati ejus judicio delatus eſt. cujus ille honoris gloria, veluti reconciliatis ſibi optimatibus, maxime à C. Cæſare alienatus eſt. ſed ejus conſulatus omnem vim in coërcitionem ambitus exercuit. Quo tempore P. Clodius à Milone candidato conſulatus, exemplo inutili, facto ſalutari reip. circa Bovillas, contracta ex occurſu rixa, jugulatus eſt. Milonem reum non magis invidia facti, quam Pompeii damnavit voluntas. quem quidem M. Cato palam lata abſolvit ſententia. quam ſi maturius tuliſſet, non defuiſſent, qui ſequerentur exemplum; probarentque eum civem occiſum, quo nemo pernicioſior reip. neque bonis inimicior vixerat.

CAP. XLVIII. Intra breve deinde ſpatium belli civilis exarſerunt initia: cum juſtiſſimus quiſque & à Cæſare & à Pompejo vellet dimitti exercitus. quippe Pompejus in ſecundo conſulatu Hiſpanias ſibi decerni voluerat, eaſque per triennium abſens ipſe ac præſidens urbi, per Afranium & Petrejum conſularem ac prætorium, legatos ſuos, adminiſtrabat; & iis qui à Cæſare dimittendos exercitus contendebant, adſentabatur; iis, qui ab ipſo quoque, adverſabatur. qui ſi ante biennium quam ad arma itum eſt, perfectis muneribus theatri & aliorum operum quæ ei circumdedit, graviſſima tentatus valetudine deceſſiſſet in Campania (quo quidem tempore univerſa Italia vota pro ſalute ejus, primo omnium ci-

civium ſuſcepit) defuiſſet fortunæ deſtruendi ejus locus, & quam apud ſuperos habuerat magnitudinem, inlibatam detuliſſet ad inferos. Bello autem civili, & tot, quæ deinde per continuos XX annos conſecuta ſunt, malis, non alius majorem flagrantioremque, quam C. Curio trib. pleb. ſubjecit facem: vir nobilis, eloquens, audax, ſuæ alienæque & fortunæ & pudicitiæ prodigus, homo ingenioſiſſime nequam, & facundus malo publico. cujus animo, voluptatibus vel libidinibus, neque opes ullæ neque cupiditates ſufficere poſſent. hic primo pro Pompeii partibus, id eſt, ut tunc habebatur, pro rep. mox ſimulatione contra Pompejum & Cæſarem, ſed animo pro Cæſare ſtetit. id gratis an accepto centies HS fecerit, ut accepimus, in medio relinquemus. ad ultimum ſaluberrimas & coaleſcentis conditiones pacis, quas & Cæſar juſtiſſimo animo poſtulabat, & Pompejus æquo recipiebat, diſcuſſit ac rupit; unice cavente Cicerone concordiæ publicæ. Harum præteritarumque rerum ordo cum juſtius aliorum voluminibus promatur, tum, uti ſpero, noſtris explicabitur.

CAP. XLIX. Nunc propoſito operi ſua forma reddatur: ſi prius gratulatus ero Q. Catulo, duobus Lucullis, Metelloque & Hortenſio; qui cum ſine invidia in rep. floruiſſent, eminuiſſentque ſine periculo, quieta, aut certe non præcipitata, fatali ante initium bellorum civilium morte functi ſunt. Lentulo & Marcello Coss. poſt urbem conditam annis DCCIII, & anno LXXIIX, quam tu, M. Vinici, conſulatum inires, bellum civile exarſit. Alterius ducis cauſſa melior videbatur, alterius erat firmior. Hic omnia ſpecioſa, illic valentia. Pompejum ſenatus auctoritas, Cæſarem militum armavit fiducia. Conſules ſenatuſque cauſſæ, non Pompejo, ſummam imperii de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

detulerunt. Nihil relictum à Cæſare, quod ſervandæ pacis cauſſa tentari poſſet: nihil receptum à Pompejanis. cum alter conſul juſto eſſet ferocior; Lentulus vero ſalva rep. ſalvus eſſe non poſſet; M. autem Cato moriendum ante, quam ullam conditionem civis accipiendam reip. contenderet: vir antiquus & gravis Pompeii partes laudaret magis, prudens ſequeretur Cæſaris; & illa glorioſa, hæc terribiliora duceret. Ut deinde, ſpretis omnibus, quæ Cæſar poſtulaverat, tantummodo contentus cum una legione titulum retinere provinciæ; privatus in urbem veniret, & ſe in petitione conſulatus ſuffragiis P. R. committeret, decrevere: ratus bellandum Cæſar, cum exercitu Rubiconem tranſiit. Cn. Pompejus conſuleſque & major pars ſenatus, relicta urbe, ac deinde Italia, tranſmiſere Dyrrhachium.

CAP. L. At Cæſar Domitio legionibuſque Corfinii, quæ una cum eo fuerant, potitus, duce, aliiſque qui voluerant abire ad Pompejum, ſine dilatione dimiſſis, perſecutus Brundiſium, ita ut appareret, malle, integris rebus & conditionibus, finire bellum, quam opprimere fugientes, cum tranſgreſſos reperiſſet Coss., in urbem revertit: redditaque ratione conſiliorum ſuorum in ſenatu & in concione, ac miſerrimæ neceſſitudinis, cum alienis armis ad arma compulſus eſſet, Hiſpanias petere decrevit. Feſtinationem itineris ejus aliquamdiu morata Maſſilia eſt, fide melior, quam conſilio prudentior: intempeſtive principalium armorum arbitria captans, quibus hi ſe debent interponere, qui non parentem coërcere poſſunt. Exercitus deinde, qui ſub Afranio conſulari ac Petreio prætorio fuerat, ipſius adventus vigore ac fulgore occupatus, ſe Cæſari tradidit. uterque legatorum & quiſquis cujuſque ordinis ſequi eos voluerat, remiſſi ad Pompejum.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

CAP. LI. Proximo anno, cum Dyrrhachium ac vicina ei urbi regio caſtris Pompeii teneretur (qui accitis ex omnibus tranſmarinis provinciis legionibus, equitum ac peditum auxiliis, regumque & tetrarcharum ſimulque dynaſtarum copiis, immanem exercitum confecerat, & mare præſidiis claſſium, ut rebatur, ſepſerat, quo minus Cæſar legiones poſſet tranſmittere) ſua & celeritate, & fortuna C. Cæſar uſus nihil in mora habuit, quo minus eo, cum vellet, ipſe exercituſque claſſibus perveniret, & primo pæne caſtris Pompeii ſua jungeret, mox etiam obſidione munimentiſque eum complecteretur. Sed inopia obſidentibus, quam obſeſſis, erat gravior. Tum Balbus Cornelius, excedente humanam fidem temeritate, ingreſſus caſtra hoſtium, ſæpiuſque cum Lentulo conlocutus, Cos. dubitante quanti ſe venderet, illis incrementis fecit viam, quibus non Hiſpanienſis natus, ſed Hiſpanus in triumphum & pontificatum adſurgeret, fieretque ex privato conſularis. Variatum deinde præliis, ſed uno longe magis Pompejanis proſpero, quo graviter impulſi ſunt Cæſaris milites.

CAP. LII. Tum Cæſar cum exercitu fatalem victoriæ ſuæ Theſſaliam petiit. Pompejus longe diverſa aliis ſuadentibus (quorum plerique hortabantur, ut in Italiam tranſmitteret: neque Hercules quidquam partibus illis ſalubrius fuit: alii, ut bellum traheret, quod dignatione partium in dies ipſis magis proſperum fieret) uſus impetu ſuo hoſtem ſecutus eſt. Aciem Pharſalicam & illum cruentiſſimum Romano nomini diem, tantumque utriuſque exercitus profuſum ſanguinis, & conliſa inter ſe duo reip. capita, effoſſumque alterum Romani imperii lumen, totaleſque Pompejanarum partium cæſos viros, non recipit enarranda hic ſcripturæ modus. Illud no-

randum eſt: ut primum C. Cæſar inclinatam videt Pompejanorum aciem, neque prius neque antiquius quidquam habuit, quam in omnes partes (ut militari & verbo & conſuetudine utar) dimitteret. Pro Dii immortales, quod hujus voluntatis erga Brutum ſuæ poſtea vir tam mitis pretium tulit! Nihil illa victoria mirabilius, magnificentius, clarius fuit, quando neminem niſi acie conſumtum, civem patria deſideravit: ſed munus miſericordiæ corrupit pertinacia; cum libentius vitam victor jam daret, quam victi acciperent.

CAP. LIII. Pompejus profugiens cum duobus Lentulis conſularibus, Sextoque filio, & Favonio prætorio, quos comites ei fortuna adgregaverat, aliis ut Parthos, aliis ut Africam peteret, in qua fideliſſimum partium ſuarum haberet regem Jubam, ſuadentibus, Ægyptum petere propoſuit, memor beneficiorum, quæ in patrem ejus Ptolemæi, qui tum puero quam juveni propior regnabat, Alexandriæ contulerat. Sed quis in adverſis beneficiorum ſervat memoriam? aut quis ullam calamitoſis deberi putat gratiam? aut quando fortuna non mutat fidem? Miſſi itaque ab rege, qui venientem Cn. Pompejum (is jam à Mytilenis Corneliam uxorem receptam in navem, fugæ comitem habere cœperat) conſilio Theodoti & Achillæ exciperent, hortarenturque ut ex oneraria in eam navem, quæ obviam proceſſerat, tranſcenderet. quod cum feciſſet, princeps Romani nominis, imperio arbitrioque Ægyptii mancipii, C. Cæſare, P. Servilio Coss. jugulatus eſt. Hic poſt tres conſulatus & totidem triumphos, domitumque terrarum orbem, ſanctiſſimi ac præſtantiſſimi viri, in id evecti ſuper quod adſcendi non poteſt, duodeſexageſimum annum agentis, pridie natalem ipſius, vitæ fuit

exi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

exitus: in tantum in illo viro à ſe diſcordante Fortuna, ut cui modo ad victoriam terra defuerat, deeſſet ad ſepulturam. Quid aliud quam nimium occupatos dixerim, quos in ætate & tanti & pæne noſtri ſæculi viri fefellit quinquennium? cum à C. Atilio & Q. Servilio Coss. tam facilis eſſet annorum digeſtio. quòd adjeci, non ut arguerem, ſed ne arguerer.

CAP. LIV. Non fuit major in Cæſarem, quam in Pompejum fuerat, regis eorumque, quorum is auctoritate regebatur, fides. quippe cum venientem eum tentaſſent inſidiis, ac deinde bello laceſſere auderent, utrique ſummo imperatorum, alteri ſuperſtiti meritas pœnas luere ſuppliciis. Nuſquam erat Pompejus corpore, adhuc ubique nomine: quippe ingens partium ejus favor bellum excitaverat Africum. quod ciebat rex Juba & Scipio, vir conſularis, ante biennium, quam extingueretur Pompejus, lectus ab eo ſocer. eorumque copias auxerat M. Cato, ingenti cum difficultate itinerum locorumque inopia, perductis ad eos legionibus: qui vir, cum ſummum ei à militibus deferretur imperium, honoratiori parere maluit.

CAP. LV. Admonet promiſſæ brevitatis fides, quanto omnia tranſcurſu dicenda ſint. Sequens fortunam ſuam Cæſar, pervectus in Africam, quam occiſo Curione, Julianarum duce partium, Pompejani obtinebant exercitus, ibi primo varia fortuna, mox pugnavit ſua; inclinatæque hoſtium copiæ. Nec diſſimilis ibi adverſus victos, quam in priores, clementia Cæſaris fuit. Victorem Africani belli C. Cæſarem gravius excepit Hiſpanienſe, (nam victus ab eo Pharnaces vix quidquam gloriæ ejus adſtruxit) quod Cn. Pompejus Magni filius, adoleſcens impetus ad bella maximi, ingens ac terribile conflaverat: undique ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

eum adhuc paterni nominis magnitudinem ſequentium, ex toto orbe terrarum auxiliis confluentibus. Sua Cæſarem in Hiſpaniam comitata fortuna eſt, ſed nullum umquam atrocius periculoſiuſque ab eo initum prælium, adeo ut plus quam dubio Marte, deſcenderet equo, conſiſtenſque ante recedentem ſuorum aciem increpita prius fortuna, quod ſe in eum ſervaſſet exitum, denunciaret militibus, veſtigio ſe non receſſurum: proinde viderent quem & quo loco imperatorem deſerturi forent. verecundia magis quam virtute acies reſtitutæ ſunt, à duce quam à milite fortius. Cn. Pompejus, gravis vulnere inventus inter ſolitudines avias, interemtus eſt. Labienum Varumque acies abſtulit.

CAP. LVI. Cæſar omnium victor, regreſſus in urbem, quod humanam excedat fidem, omnibus, qui contra ſe arma tulerant, ignovit, magnificentiſſimiſque gladiatorii muneris, naumachiæ, & equitum peditumque, ſimul elephantorum certaminis ſpectaculis, epulique per multos dies dati celebratione, replevit eam. Quinque egit triumphos. Gallici apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini teſtudine, Africi ebore, Hiſpanienſis argento raſili conſtitit. Pecunia ex manubiis lata paulo amplius ſexies millies H S. Neque illi tanto viro, & tam clementer omnibus victoriis ſuis uſo, plus quinque menſium principalis quies contigit. quippe cum menſe Octobri in urbem revertiſſet; Idibus Martiis conjurationis auctoribus Bruto & Caſſio, quorum alterum promittendo conſulatum non obligaverat, contra differendo Caſſium offenderat; adjectis etiam conſiliariis cædis familiariſſimis omnium, & fortuna partium ejus in ſummum evectis faſtigium, D. Bruto & C. Trebonio aliiſque clari nominis viris, interemtus eſt. cui magnam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

gnam invidiam conciliarat M. Antonius, omnibus audendis paratiſſimus, conſulatus collega, imponendo capiti ejus Lupercalibus ſedentis pro Roſtris inſigne regium, quod ab eo ita repulſum erat, ut non offenſus videretur.

CAP. LVII. Laudandum experientia conſilium eſt Panſæ atque Hirtii: qui ſemper prædixerant Cæſari, ut principatum armis quæſitum armis teneret. Ille dictitans, mori ſe quam timeri malle, dum clementiam quam præſtiterat, expectat, incautus ab ingratis occupatus eſt. cum quidem plurima præſagia atque indicia Dii immortales futuri obtuliſſent periculi. nam & haruſpices præmonuerant, ut diligentiſſime Iduum Martiarum caveret diem; & uxor Calpurnia territa nocturno viſu, ut ea die domi ſubſiſteret, orabat: & libelli conjurationem nuntiantes dati, ab eo neque protinus lecti erant. Sed profecto ineluctabilis fatorum vis, cujuſcumque fortunam mutare conſtituit, conſilia corrumpit.

CAP. LVIII. Quo anno id patrávere facinus Brutus & C. Caſſius, prætores erant; D. Brutus Cos. deſignatus. Hi una cum conjurationis globo, ſtipati gladiatorum D. Bruti manu, Capitolium occupavere, cum Cos. Antonius (quem cum ſimul interimendum cenſuiſſet Caſſius, teſtamentumque Cæſaris abolendum, Brutus repugnaverat; dictitans, nihil amplius civibus præter tyranni, ita enim appellari Cæſarem facto ejus expediebat, petendum eſſe ſanguinem) convocato ſenatu, cum jam Dolabella, quem ſubſtituturus ſibi Cæſar deſignaverat Cos., faſces atque inſignia corripuiſſet conſularia, velut pacis auctor, liberos ſuos obſides in Capitolium miſit, fidemque deſcendendi tuto interfectoribus Cæſaris dedit: & illud decreti Athenienſium celeberrimi exemplum, relatum à Cicerone, obli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

vionis præteritarum rerum, decreto patrum comprobatum eſt.

CAP. LIX. Cæſaris deinde teſtamentum apertum eſt, quo C. Octavium, nepotem ſororis ſuæ Juliæ adoptabat. de cujus origine, etiam ſi præventis, & pauca dicenda ſunt. Fuit C. Octavius, ut non patricia, ita admodum ſpecioſa equeſtri genitus familia, gravis, ſanctus, innocens, dives. Hic prætor inter nobiliſſimos viros creatus, primo loco, cum ei dignatio Julia genitam Atiam conciliaſſet uxorem, ex eo honore ſortitus Macedoniam, appellatuſque in ea imperator, decedens ad petitionem conſulatus obiit, prætextato relicto filio. quem C. Cæſar, major ejus avunculus, educatum apud Philippum vitricum, dilexit ut ſuum, natumque annos XIIX, Hiſpanienſis militiæ adſecutum ſe poſtea comitem habuit, numquam aut alio uſum hoſpitio, quam ſuo, aut alio vectum vehiculo: pontificatuſque ſacerdotio puerum honoravit. Et pacatis bellis civilibus, ad erudiendum liberalibus diſciplinis ſingularis indolem juvenis, Apolloniam eum in ſtudia miſerat, mox belli Getici ac deinde Parthici habiturus commilitonem. Cui ut eſt nuntiatum de cæde avunculi, cum protinus ex vicinis legionibus centuriones ſuam ſuorumque militum operam ei pollicerentur, neque eam ſpernendam Salvidienus & Agrippa dicerent; ille feſtinans pervenire in urbem, omnem ordinationem & necis & teſtamenti Brundiſii comperit. Cui adventanti Romam, immanis amicorum occurrit frequentia: & cum intraret urbem, Solis orbis ſuper caput ejus, curvatus æqualiter rotundatuſque, in colorem arcus, veluti coronam tanti mox viri capiti imponens, conſpectus eſt.

CAP. LX. Non placebat Atiæ matri Philippoque vitrico, adiri nomen invidioſæ fortunæ Cæſa-

ſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ſaris: ſed adſerebant ſalutaria reip. terrarumque orbis fata conditorem conſervatoremque Romani nominis. Sprevit itaque cœleſtis animus humana conſilia; & cum periculo potius ſumma, quam tuto humilia, propoſuit ſequi; maluitque avunculo & Cæſari de ſe, quam vitrico credere; dictitans, nefas eſſe, quo nomine Cæſari dignus eſſet viſus, ſemetipſum videri indignum. Hunc protinus Antonius Cos. ſuperbe excipit; (neque is erat contemtus, ſed metus) vixque admiſſo in Pompejanos hortos, loquendi ſecum tempus dedit; mox etiam, velut inſidiis ejus petitus, ſcelеſte inſimulare cœpit: in quo turpiter deprehenſa ejus vanitas eſt. Aperte deinde Antonii ac Dolabellæ conſulum ad nefandam dominationem erupit furor. HS ſepties millies, depoſitum à C. Cæſare ad ædem Opis, occupatum ab Antonio, actorum ejuſdem, inſertis falſis, civitatiſque, corruptis, commentariis. Atque omnia pretio temperata, vendente remp. Cos. Idem provinciam D. Bruto deſignato Cos. decretam, Galliam occupare ſtatuit; Dolabella tranſmarinas decrevit ſibi: interque naturaliter diſſimillimos, ac diverſa volentes, creſcebat odium. eoque C. Cæſar juvenis quotidianis Antonii petebatur inſidiis.

CAP. LXI. Torpebat oppreſſa dominatione Antonii civitas: indignatio & dolor omnibus, vis ad reſiſtendum nulli aderat: cum C. Cæſar, XVIII annum ingreſſus, mira auſus, ac ſumma conſecutus, privato conſilio, majorem ſenatu pro rep. animum habuit. primumque à Calatia, mox à Caſilino veteranos excivit paternos. Quorum exemplum ſecuti alii, brevi in formam juſti coiere exercitus. mox cum Antonius occurriſſet exercitui, quem ex tranſmarinis provinciis Brundiſium venire juſſerat, legio Martia & Quarta,

ta, cognita & ſenatus voluntate & tanti juvenis indole, ſublatis ſignis ad Cæſarem ſe contulerunt. Eum ſenatus, honoratum equeſtri ſtatua, quæ hodieque in Roſtris poſita ætatem ejus ſcriptura indicat (qui honor non alii, per CCC annos, quam L. Sullæ & Cn. Pompejo & C. Cæſari contigerat) proprætore, una cum Coss. deſignatis Hirtio & Panſa, bellum cum Antonio gerere juſſit. Id ab eo annum agente viceſimum, fortiſſime circa Mutinam adminiſtratum eſt; & D. Brutus obſidione liberatus; Antonius turpi ac nuda fuga coactus deſerere Italiam: conſulum autem alter in acie, alter poſt paucos dies ex vulnere mortem obiit.

CAP. LXII. Omnia ante quam fugaretur Antonius, honorifice à Senatu in Cæſarem exercitumque ejus decreta ſunt, maxime auctore Cicerone: ſed, ut receſſit metus, erupit voluntas, protinuſque Pompejanis partibus rediit animus. Bruto Caſſioque provinciæ, quas jam ipſi ſine ullo S. C. occupaverant, decretæ. laudati quicumque his ſe exercitus tradidiſſent. omnia tranſmarina imperia eorum commiſſa arbitrio. quippe M. Brutus & C. Caſſius, nunc metuentes arma Antonii, nunc ad augendam ejus invidiam, ſimulantes ſe metuere, teſtati edictis, libenter ſe vel in perpetuo exilio victuros, dum reip. conſtaret concordia, nec ullam belli civilis præbituros materiam, plurimum ſibi honoris eſſe in conſcientia facti ſui, profecti urbe atque Italia, intento ac pari animo, ſine auctoritate publica, provincias exercituſque occupaverant, & ubicumque ipſi eſſent, prætexentes eſſe remp. pecunias etiam, quæ ex tranſmarinis provinciis Romam ab quæſtoribus deportabantur, à volentibus acceperant. quæ omnia Senatus decretis comprehenſa & comprobata ſunt. Et D. Bruto, quod alieno

lieno beneficio viveret, decretus triumphus: Panſæ atque Hirtii corpora publica ſepultura honorata. Cæſaris adeo nulla habita mentio, ut legati, qui ad exercitum ejus miſſi erant, juberentur ſummoto eo milites adloqui. Non fuit tam ingratus exercitus, quam fuerat ſenatus. nam, cum eam injuriam diſſimulando Cæſar ferret, negavere milites, ſine imperatore ſuo ulla ſe audituros mandata. Hoc eſt illud tempus, quo Cicero, inſito amore Pompejanarum partium, Cæſarem laudandum & tollendum cenſebat; cum aliud diceret, aliud intelligi vellet.

CAP. LXIII. Interim Antonius, fuga tranſgreſſus Alpes, primo per conloquia repulſus à M. Lepido, qui pontifex maximus in C. Cæſaris locum furto creatus, decreta ſibi Hiſpania, adhuc in Gallia morabatur: mox ſæpius in conſpectum veniens militum, cum & Lepido omnes imperatores forent meliores, & multis Antonius, dum erat ſobrius, per averſa caſtrorum proruto vallo militibus receptus eſt: qui titulo imperii cedebat Lepido, cum ſumma virium penes eum foret. Sub Antonii ingreſſum in caſtra Juventius Laterenſis, vir vita ac morte conſentaneus, cum acerrime ſuaſiſſet Lepido, ne ſe cum Antonio hoſte judicato jungeret, inritus conſilii, gladio ſe ipſe transfixit. Plancus deinde dubia, id eſt, ſua fide, diu quarum eſſet partium ſecum luctatus, ac ſibi difficile conſentiens, & nunc adjutor D. Bruti, deſignati Cos., collegæ ſui, ſenatuique ſe litteris venditans, mox ejuſdem proditor; Aſinius autem Pollio, firmus propoſito & Julianis partibus fidus, Pompejanis adverſus; uterque exercitus tradidere Antonio.

CAP. LXIV. D. Brutus, deſertus primo à Planco, poſt etiam inſidiis ejuſdem petitus, paullatim relinquente eum exercitu fugiens, in hoſpi-

ſpitis cujuſdam nobilis viri, nomine Cameli, domo, ab iis, quos miſerat Antonius, jugulatus eſt; juſtiſſimaſque optime de ſe merito viro C. Cæſari pœnas dedit. cujus cum primus omnium amicorum fuiſſet, interfector fuit, & fortunæ, ex qua fructum tulerat, invidiam in auctorem relegabat, cenſebatque æquum, quæ acceperat à Cæſare, retinere: Cæſarem qui illa dederat, periſſe. Hæc ſunt tempora, quibus M. Tullius continuis actionibus æternas Antonii memoriæ inuſſit notas. ſed hic fulgentiſſimo & cœleſti ore, at tribunus Canutius continua rabie lacerabat Antonium. Utrique vindicta libertatis morte ſtetit: ſed tribuni ſanguine commiſſa proſcriptio; Ciceronis, vel ut ſatiato Antonio, pœna finita. Lepidus deinde à ſenatu hoſtis judicatus eſt, ut ante fuerat Antonius.

CAP. LXV. Tum inter eum Cæſaremque & Antonium, commercia epiſtolarum; & conditionum jacta mentio, cum Antonius & ſubinde Cæſarem admoneret, quam inimicæ ipſi Pompejanæ partes forent; & in quod jam emerſiſſent faſtigium: & quanto Ciceronis ſtudio Brutus Caſſiuſque attollerentur; denuntiaretque, ſe cum Bruto Caſſioque, qui jam decem & ſeptem legionum potentes erant, juncturum vires ſuas, ſi Cæſar ejus aſpernaretur concordiam; diceretque, plus Cæſarem patris, quam ſe amici ultioni debere. igitur initur potentiæ ſocietas, & hortantibus orantibuſque exercitibus, inter Antonium etiam & Cæſarem facta affinitas; cum eſſet privigna Antonii deſponſa Cæſari. conſulatumque iniit Cæſar pridie, quam viginti annos impleret, x. Kalend. Octobres, cum collega Q. Pedio, poſt V. C. abhinc annis DCCIX, ante LXXII quam tu, M. Vinici, conſulatum inires. Vidit hic annus Ventidium, per quam urbem inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ter captivos Picentium in triumpho ductus erat, in ea conſularem prætextam jungentem prætoriæ.

CAP. LXVI. Idem hic poſtea triumphavit. Furente deinde Antonio, ſimulque Lepido, quorum uterque, ut prædiximus, hoſtes judicati erant, cum ambo mallent ſibi nuntiari quid paſſi eſſent, quam quid emeruiſſent, repugnante Cæſare, ſed fruſtra adverſus duos, inſtauratum Sullani exempli malum, proſcriptio. Nihil tam indignum illo tempore fuit, quam quod aut Cæſar aliquem proſcribere coactus eſt, aut ab ullo Cicero proſcriptus eſt; abſciſaque ſcelere Antonii vox publica eſt, cum ejus ſalutem nemo defendiſſet, qui per tot annos & publicam civitatis & privatam civium defenderat. Nihil tamen egiſti, M. Antoni: (cogit enim excedere propoſiti formam operis, erumpens animo ac pectore indignatio) nihil, inquam, egiſti, mercedem cœleſtiſſimi oris & clariſſimi capitis abſciſi numerando, auctoramentoque funebri ad conſervatoris quondam reipub. tantique Cos. inritando necem. Rapuiſti tu M. Ciceroni lucem ſolicitam, & ætatem ſenilem, & vitam miſeriorem te principe, quam ſub te triumviro mortem: famam vero gloriamque factorum atque dictorum adeo non abſtuliſti, ut auxeris. Vivit vivetque per omnem ſæculorum memoriam. Dumque hoc vel forte vel providentia vel utcumque conſtitutum rerum naturæ corpus, quod ille pæne ſolus Romanorum animo vidit, ingenio complexus eſt, eloquentia inluminavit, manebit incolume: comitem ævi ſui laudem Ciceronis trahet; omniſque poſteritas illius in te ſcripta mirabitur, tuum in eum factum execrabitur; citiuſque in mundo genus hominum, quam * cadet.

CAP. LXVII. Hujus totius temporis fortunam ne deflere quidem quiſquam ſatis digne potuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

fuit, adeo nemo exprimere verbis poteſt. Id tamen notandum eſt, fuiſſe in proſcriptos uxorum fidem ſummam, libertorum mediam, ſervorum aliquam, filiorum nullam. adeo difficilis eſt hominibus utcumque conceptæ ſpei mora. Ne quid ullibi ſanctum relinqueretur, velut in dotem invitamentumque ſceleris, Antonius L. Cæſarem avunculum, Lepidus Paullum frátrem proſcripſerant. Nec Planco gratia defuit ad impetrandum, ut frater ejus Plancus Plotius proſcriberetur. Eoque inter jocos militares, qui currum Lepidi Plancique ſecuti erant, inter execrationem civium, uſurpabant hunc verſum: *De Germanis, non de Gallis, duo triumphant conſules.*

CAP. LXVIII. Suo præteritum loco referatur: neque enim perſona umbram actæ rei capit. Dum in acie Pharſalica Africaque de ſumma rerum Cæſar dimicat, M. Cœlius vir eloquio animoque Curioni ſimillimus, ſed in utroque perfectior, nec minus ingenioſe nequam, cum ne modico quidem ſervari poſſet, (quippe pejor illi res familiaris quam mens erat) in prætura novarum tabularum auctor extitit: nequiitque ſenatus & auctoritate Cos. deterreri, accito etiam Milone Annio, qui non impetrato reditu Julianis partibus infeſtus erat, in urbe ſeditionem, aut magis occulte bellicum tumultum movens, primo ſummotus à rep. mox conſularibus armis auctore ſenatu circa Thurios oppreſſus eſt. In cœpto pari ſimilis fortuna Milonis fuit; qui Compſam in Hirpinis oppugnans, ictuſque lapide, tum P. Clodio, tum patriæ, quam armis petebat, pœnas dedit; vir inquies, & ultra fortem temerarius. Quatenus autem aliquid ex omiſſis peto, notetur immodica & intempeſtiva libertate uſos adverſus C. Cæſarem, Marullum Epidium, Flavumque Cæſetium trib. pleb. dum arguunt in eo regni volun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

luntatem, pæne vim dominationis expertos. In hoc tamen ſæpe laceſſiti principis ira exceſſit, ut cenſoria potius contentus nota, quam animadverſione dictatoria, ſummoveret eos à rep. teſtareturque, eſſe ſibi miſerrimum, quod aut natura ſua ei excedendum foret, aut minuenda dignitas. Sed ad ordinem revertendum eſt.

CAP. LXIX. Jam & Dolabella in Aſia C. Trebonium conſularem, cui ſuccedebat, fraude deceptum, Smyrnæ occiderat, virum adverſus merita Cæſaris ingratiſſimum participemque cædis ejus, à quo ipſe in conſulare provectus faſtigium fuerat: & C. Caſſius, acceptis à Statio Murco & Criſpo Marcio, prætoriis viris imperatoribuſque, prævalidis in Syria legionibus, incluſum Dolabellam, qui præoccupata Aſia in Syriam pervenerat, Laodiceæ, expugnata ea urbe, ceperat; ita tamen, ut ad ictum ſervi ſui Dolabella non ſegniter cervicem daret; & decem legiones in eo tractu ſui juris fecerat. & M. Brutus C. Antonio fratri M. Antonii in Macedonia, Vatinioque circa Dyrrhachium volentes legiones extorſerat: ſed Antonium bello laceſſierat; Vatinium dignatione obruerat: cum & Brutus cuilibet ducum præferendus videretur; & Vatinius nulli nomini non eſſet poſtferendus. in quo deformitas corporis cum turpitudine certabat ingenii, adeo ut animus ejus digniſſimo domicilio incluſus videretur. eratque ſeptem legionibus validus. Et lege Pedia, quam Cos. Pedius collega Cæſaris tulerat, omnibus, qui Cæſarem patrem interfecerant, aqua ignique damnatis interdictum erat. quo tempore Capito, patruus meus, vir ordinis ſenatorii, Agrippæ ſubſcripſit in C. Caſſium. Dumque ea in Italia geruntur, acri atque proſperrimo bello Caſſius Rhodum, rem immanis operis, ceperat; Brutus Lycios devicerat; & inde in Macedoniam

exer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

exercitus trajecerant; cum per omnia repugnans naturæ ſuæ Caſſius etiam Bruti clementiam vinceret. Neque reperias, quos aut pronior Fortuna comitata ſit, aut veluti fatigata maturius deſtituerit, quam Brutum & Caſſium.

CAP. LXX. Tum Cæſar & Antonius trajecerunt exercitus in Macedoniam, & apud urbem Philippos cum M. Bruto Caſſioque acie concurrerunt. Cornu, cui Brutus præerat, impulſis hoſtibus caſtra Cæſaris cepit. nam ipſe Cæſar, etiamſi infirmiſſimus valetudine erat, obibat munia ducis, oratus etiam ab Artorio medico, ne in caſtris remaneret, manifeſtæ denuntiatione quietis territo. Id autem, in quo Caſſius fuerat, fugatum ac male multatum in altiora ſe receperat loca. Tum Caſſius ex ſua fortuna eventum collegæ æſtimans, cum dimiſiſſet evocatum juſſiſſetque nuntiare ſibi, quæ eſſet multitudo ac vis hominum, quæ ad ſe tenderet, tardius eo nuntiante, cum in vicino eſſet agmen curſu ad eum tendentium, neque pulvere facies aut ſigna denotari poſſent; exiſtimans hoſtes eſſe qui inruerent, lacerna caput circumdedit, extentamque cervicem interritus liberto præbuit. Deciderat Caſſii caput, cum evocatus advenit, nuntians Brutum eſſe victorem. qui cum imperatorem proſtratum videret; Sequar, inquit, eum, quem mea occidit tarditas; & ita in gladium incubuit. Poſt paucos deinde dies Brutus conflixit cum hoſtibus, & victus acie, cum in tumulum nocte ex fuga ſe recepiſſet, impetravit à Stratone Ægeate, familiari ſuo, ut manum morituro commodaret ſibi; rejectoque lævo ſuper caput brachio, cum mucronem gladii ejus dextera tenens, ſiniſtræ admoviſſet mammillæ, ad eum ipſum locum, qua cor emicat, impellens ſe in vulnus, uno ictu transfixus exſpiravit.

CAP. LXXI. Protinus Meſſalla, fulgentiſſimus

mus juvenis, proximus in illis caſtris Bruti Caſſiique auctoritati, cum eſſent qui eum ducem poſcerent, ſervari beneficio Cæſaris maluit, quam dubiam ſpem armorum tentare amplius. Nec aut Cæſari quidquam ex victoriis ſuis fuit lætius, quam ſervaſſe Corvinum; aut majus exemplum hominis grati ac pii, quam Corvinus in Cæſarem fuit. Non aliud bellum cruentius cæde clariſſimorum virorum fuit. Tum Catonis filius cecidit. Eadem Lucullum Hortenſiumque eminentiſſimorum civium filios fortuna abſtulit. nam Varro ad ludibrium moriturus Antonii, digna illo ac vera de exitu ejus magna cum libertate ominatus eſt. Druſus Livius Juliæ Auguſtæ pater & Varus Quinctilius, ne tentata quidem hoſtis miſericordia, alter ſe ipſe in tabernaculo interemit: Varus autem liberti, quem id facere coëgerat, manu, cum ſe inſignibus honorum velaſſet, jugulatus eſt.

CAP. LXXII. Hunc exitum M. Bruti partium & ſeptimum & XXX annum agentis Fortuna eſſe voluit: corrupto animo ejus in diem, quæ illi omnes virtutes unius temeritate facti abſtulit. Fuit autem dux Caſſius melior, quanto vir Brutus. è quibus Brutum amicum habere malles, inimicum magis timeres Caſſium. in altero major vis, in altero virtus. Qui ſi viciſſent, quantum reip. interfuit, Cæſarem potius habere quam Antonium principem, tantum retuliſſet habere Brutum quam Caſſium. Cn. Domitius, pater L. Domitii, nuper à nobis viſi, eminentiſſimæ ac nobiliſſimæ ſimplicitatis viri, avus hujus Cn. Domitii clariſſimi juvenis, occupatis navibus, cum magno ſequentium conſilia ſua comitatu, fugæ fortunæque ſe commiſit, ſemetipſo contentus duce partium. Statius Murcus, qui claſſi & cuſtodiæ maris præfuerat, cum omni commiſſa ſibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ſibi parte exercituum naviumque Sex. Pompejum, Cn. Magni filium, qui ex Hiſpania revertens, Siciliam armis occupaverat, petit. ad quem & è Brutianis caſtris & ex Italia, aliiſque terrarum partibus, quos præſenti periculo Fortuna ſubduxerat, proſcripti confluebant. quippe nullum habentibus ſtatum quilibet dux erat idoneus; cum fortuna non electionem daret, ſed perfugium oſtenderet; exitialemque tempeſtatem fugientibus ſtatio pro portu foret.

CAP. LXXIII. Hic adoleſcens erat ſtudiis rudis, ſermone barbarus, impetu ſtrenuus, manu promtus, cogitatione celer, fide patri diſſimillimus, libertorum ſuorum libertus, ſervorumque ſervus; ſpecioſis invidens, ut pareret humillimis: quem ſenatus, pæne totus adhuc è Pompejanis conſtans partibus, poſt Antonii à Mutina fugam, eodem illo tempore, quo Bruto Caſſioque tranſmarinas provincias decreverat, revocatum ex Hiſpania, ubi adverſus eum clariſſimum bellum Pollio Aſinius prætorius geſſerat, in paterna bona reſtituerat, & oræ maritimæ præfecerat. Is tum ut prædiximus, occupata Sicilia, ſervitia fugitivoſque in numerum exercitus ſui recipiens, magnum modum legionum effecerat; perque Mænam & Menecratem, paternos libertos, præfectos claſſium, latrociniis ac prædationibus infeſtato mari, ad ſe exercitumque tuendum rapto utebatur, cum eum non depuderet, vindicatum armis ac ductu patris ſui mare infeſtare piraticis ſceleribus.

CAP. LXXIV. Fractis Brutianis Caſſianiſque partibus, Antonius tranſmarinas obiturus provincias ſubſtitit; Cæſar in Italiam ſe recepit, eamque longe quam ſperaverat tumultuoſiorem reperit. quippe L. Antonius Cos., vitiorum fratris ſui conſors, ſed virtutum, quæ interdum in illo erant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

erant, expers, modo apud veteranos criminatus Cæſarem, modo eos, qui juſte diviſione prædiorum nominatiſque colonis agros amiſerant, ad arma conciens, magnum exercitum conflaverat. Ex altera parte uxor Antonii Fulvia, nihil muliebre præter corpus gerens, omnia armis tumultuque miſcebat. Hæc belli ſedem Præneſte ceperat. Antonius pulſus undique viribus Cæſaris Peruſiam ſe contulerat: Plancus Antonianarum adjutor partium, ſpem magis oſtenderat auxilii, quam opem ferebat Antonio. Uſus Cæſar virtute & fortuna ſua Peruſiam expugnavit; Antonium inviolatum dimiſit. in Peruſinos magis ira militum, quam voluntate ſævitum ducis. urbs incenſa, cujus initium incendii princeps ejus loci fecit Macedonicus; qui, ſubjecto rebus ac penatibus ſuis igni, transfixum ſe gladio flammæ intulit.

CAP. LXXV. Per eadem tempora exarſerat in Campania bellum, quod, profeſſus eorum, qui perdiderant agros, patrocinium, ciebat Tib. Claudius Nero, prætorius & pontifex, Tib. Cæſaris pater, magni vir animi doctiſſimique ingenii. id quoque adventu Cæſaris ſepultum atque diſcuſſum eſt. Quis Fortunæ mutationes, quis dubios rerum humanarum caſus ſatis mirari queat? quis non diverſa præſentibus contrariaque exſpectatis aut ſperet aut timeat? Livia nobiliſſimi & fortiſſimi viri Druſi Claudiani filia, genere, probitate, forma Romanarum eminentiſſima, quam poſtea conjugem Auguſti vidimus, quam tranſgreſſi ad Deos ſacerdotem ac filiam, tum fugiens mox futuri ſui Cæſaris arma, minus bimum hunc Tiberium Cæſarem, vindicem Romani imperii, futurumque ejuſdem Cæſaris filium, geſtans ſinu, per avia itinerum, vitatis militum gladiis, uno comitante, quo facilius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

occultaretur fuga, pervenit ad mare, & cum vi-ro Nerone perveſta in Siciliam eſt.

CAP. LXXVI. Quod alieno teſtimonium redderem, in eo non fraudabo avum meum. quippe C. Vellejus, honoratiſſimo inter illos CCCLX judices loco à Cn. Pompejo lectus, ejuſdem, Marcique Bruti ac Tib. Neronis præfectus fabrûm, vir nulli ſecundus, in Campania, digreſſu Neronis à Neapoli, cujus, ob ſingularem cum eo amicitiam, partium adjutor fuerat, gravis jam ætate & corpore, cum comes eſſe non poſſet, gladio ſe ipſe transfixit. Inviolatam excedere Italia Cæſar paſſus Fulviam, Plancumque muliebris fugæ comitem. nam Pollio Aſinius cum ſeptem legionibus, diu retenta in poteſtate Antonii Venetia, magnis ſpecioſiſque rebus circa Altinum, aliaſque ejus regionis urbes editis, Antonium petens, vagum adhuc Domitium, quem digreſſum è Brutianis caſtris poſt cædem ejus prædiximus, & propriæ claſſis factum ducem, conſiliis ſuis illectum, ac fide data, junxit Antonio. Quo facto, quiſquis æquum ſe præſtiterit, ſciat non minus à Pollione in Antonium, quam ab Antonio in Pollionem eſſe conlatum. Adventus deinde in Italiam Antonii, præparatuſque contra eum Cæſaris habuit belli metum: ſed pax circa Brundiſium compoſita. Per quæ tempora Rufi Salvidieni ſceleſta conſilia patefacta ſunt. qui natus obſcuriſſimis initiis, parum habebat ſumma accepiſſe, & proximus à Cn. Pompejo, ipſoque Cæſari ex equeſtri ordine Cos. creatus eſſe, niſi in id aſcendiſſet, è quo infra ſe & Cæſarem videret & remp.

CAP. LXXVII. Tum, expoſtulante conſenſu populi, quem gravis urebat infeſto mari annona, cum Pompejo quoque circa Miſenum pax inita: qui haud abſurde cum in navi Cæſaremque &

An-

Antonium cœna exciperet, dixit: In carinis ſuis ſe cœnam dare. referens hoc dictum ad loci nomen, in quo paterna domus ab Antonio poſſidebatur. In hoc pacis fœdere placuit Siciliam Achaiamque Pompejo concedere. in quo tamen animus inquies manere non potuit: id unum tantummodo ſalutare adventu ſuo patriæ attulit, quod omnibus proſcriptis aliiſque, qui ad eum ex diverſis cauſſis fugerant, reditum ſalutemque pactus eſt. quæ res & alios clariſſimos viros, & Neronem Claudium & M. Silanum, Sentiumque Saturninum & Aruntium ac Titium reſtituit reip. Statium autem Murcum, qui adventu ſuo claſſiſque celeberrimæ vires ejus duplicaverat, inſimulatum falſis criminationibus, quia talem virum collegam officii Mæna & Menecrates faſtidierant, Pompejus in Sicilia interfecerat.

CAP. LXXVIII. Hoc tractu temporum Octaviam ſororem Cæſaris M. Antonius duxit uxorem. Redierat Pompejus in Siciliam, Antonius in tranſmarinas provincias: quas magnis momentis Labienus, ex Brutianis caſtris profectus ad Parthos, producto eorum exercitu in Syriam, interfectoque legato Antonii, concuſſerat: qui virtute & ductu Ventidii una cum Parthorum copiis, celeberrimoque juvenum Pacoro regis filio extinctus eſt. Interim Cæſar per hæc tempora, ne res diſciplinæ inimiciſſima otium corrumperet militem, crebris in Illyrico Delmatiaque expeditionibus, patientia periculorum, bellique experientia durabat exercitum. Eadem tempeſtate Calvinus Domitius, cum ex conſulatu obtineret Hiſpaniam, graviſſimi comparandique antiquis exempli auctor fuit. quippe primipili centurionem nomine Vibillium, ob turpem ex acie fugam, fuſti percuſſit.

CAP. LXXIX. Creſcente in dies & claſſe &

fama Pompeii, Cæſar molem belli ejus ſuſcipere ſtatuit. Ædificandis navibus contrahendoque militi ac remigi, navalibuſque adſueſcendo certaminibus atque exercitationibus, præfectus eſt M. Agrippa, virtutis nobiliſſimæ, labore, vigilia, periculo invictus, parendique, ſed uni, ſcientiſſimus, aliis ſane imperandi cupidus, & per omnia extra dilationes poſitus, conſultiſque facta conjungens. Hic in Averno ac Lucrino lacu ſpecioſiſſima claſſe fabricata, quotidianis exercitationibus militem remigemque ad ſummam & militaris & maritimæ rei perduxit ſcientiam. Hac claſſi Cæſar, cum prius, deſpondente ei Nerone, cui ante nupta fuerat, Liviam auſpicatis reip. ominibus duxiſſet eam uxorem, Pompejo Siciliæque bellum intulit. Sed virum, humana ope invictum, graviter eo tempore Fortuna concuſſit. quippe longe majorem partem claſſis, circa Veliam Palinurique promontorium, adorta vis Africi laceravit ac diſtulit. Ea patrando bello mora fuit, quod poſt ea dubia, & interdum ancipiti fortuna geſtum eſt. nam & claſſis eodem loco vexata eſt tempeſtate, & ut navali primo prælio apud Mylas ductu Agrippæ pugnatum proſpere, ita inopinato claſſis adventu, gravis ſub ipſius Cæſaris oculis circa Tauromenium accepta clades: neque ab ipſo periculum abfuit. Legiones quæ cum Cornificio erant legato Cæſaris, expoſitæ in terra, pæne à Pompejo oppreſſæ ſunt. Sed ancipitis fortuna temporis matura virtute correcta. Explicatis quippe utriuſque partis claſſibus, pæne omnibus exutus navibus Pompejus Aſiam fuga petivit: juſſuque M. Antonii, cujus opem petierat, dum inter ducem & ſupplicem tumultuatur, & nunc dignitatem retinet, nunc vitam precatur, à Titio jugulatus eſt. cui in tantum duravit hoc facinore contractum odium, ut mox

ludos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ludos in theatro Pompeii faciens, execratione populi ſpectaculo, quod præbebat, pelleretur.

CAP. LXXX. Acciverat, gerens contra Pompejum bellum, ex Africa Cæſar Lepidum cum XII ſemiplenis legionibus. Hic vir omnium vaniſſimus, neque ulla virtute tam longam fortunæ indulgentiam meritus, exercitum Pompeii, quia propior fuerat, ſequentem non ipſius, ſed Cæſaris auctoritatem ac fidem, ſibi junxerat: inflatuſque amplius XX legionum numero, in id furoris proceſſerat, ut inutilis alienæ victoriæ comes, quam diu moratus erat, diſſidendo in conſiliis Cæſari & ſemper diverſa his quæ aliis placebant dicendo, totam victoriam ut ſuam interpretaretur; audebatque denuntiare Cæſari, excederet Sicilia. Non ab Scipionibus aliiſque veteribus Romanorum ducum, quidquam auſum patratumque fortius, quam tunc à Cæſare. Quippe cum inermis & lacernatus eſſet, præter nomen nihil trahens, ingreſſus caſtra Lepidi, evitatis, quæ juſſu hominis praviſſimi tela in eum jacta erant, cum lacerna ejus perforata eſſet lancea, aquilam legionis rapere auſus eſt. Scires quid intereſſet inter duces. Armati inermem ſecuti ſunt: decimoque anno, quam ad diſſimillimam vitæ ſuæ potentiam pervenerat Lepidus, & à militibus & à fortuna deſertus, pulloque velatus amiculo, inter ultimam confluentium ad Cæſarem turbam latens, genibus ejus advolutus eſt. Vita rerumque ſuarum dominium conceſſa ei ſunt. ſpoliata, quam tueri non poterat, dignitas.

CAP. LXXXI. Subita deinde exercitus ſeditio (qui plerumque contemplatus frequentiam ſuam, à diſciplina deſciſcit; &, quod cogere ſe putat poſſe, rogare non ſuſtinet) partim ſeveritate, partim liberalitate diſcuſſa principis. Specioſumque per id tempus adjectum ſupplemen-

tum Campanæ coloniæ. ejus reditus erant publici: pro his longe uberiores reditus duodecies H-S in Creta inſula redditi, & aqua promiſſa, quæ hodieque ſingulare & ſalubritatis inſtar & amœnitatis ornamentum eſt. Inſigne coronæ claſſicæ, quo nemo umquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa ſingulari virtute meruit. Victor deinde Cæſar reverſus in urbem, contractas emtionibus complures domos per procuratores, quo laxior fieret ipſius, publicis ſe uſibus deſtinare profeſſus eſt; templumque Apollinis, & circa porticus, facturum promiſit, quod ab eo ſingulari extructum munificentia eſt.

CAP. LXXXII. Qua æſtate Cæſar tam proſpere in Lepidum in Sicilia, bene fortuna in Cæſare & rep. militavit ad Orientem. quippe Antonius cum XIII legionibus ingreſſus Armeniam, ac deinde Mediam, & per eas regiones Parthos petens, habuit regem eorum obvium: primoque duas legiones, cum omnibus impedimentis tormentiſque, & Statiano legato, amiſit; mox ſæpius ipſe, cum ſummo totius exercitus diſcrimine, ea adiit pericula, quibus ſervari ſe poſſe deſperaverat; amiſſaque non minus quarta parte militum, captivi cujuſdam, ſed Romani, conſilio ac fide ſervatus: qui clade Craſſiani exercitus captus, cum fortunam non animum mutaſſet, acceſſit nocte ad ſtationem Romanam; prædixitque, ne deſtinatum iter peterent, ſed diverſo ſilveſtrique pervaderent. Hoc M. Antonio ac tot illis legionibus ſaluti fuit: de quibus tamen, totoque exercitu, haud minus pars quarta, ut prædiximus, militum, calonum ſervitiique deſiderata tertia eſt; impedimentorum vix ulla ſuperfuit. Hanc tamen Antonius fugam ſuam, quia vivus exierat, victoriam vocabat. Qui tertia æſtate reverſus in Armeniam, regem ejus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Artauaſden, fraude deceptum catenis, ſed, ne quid honori deeſſet, aureis vinxit. Creſcente deinde & amoris in Cleopatram incendio, & vitiorum, quæ ſemper facultatibus licentiaque & aſſentationibus aluntur, magnitudine, bellum patriæ inferre conſtituit; cum ante, novum ſe Liberum Patrem appellari juſſiſſet, cum redimitus hederis, coronaque velatus aurea, & thyrſum tenens cothurniſque ſuccinctus, curru, velut Liber Pater, vectus eſſet Alexandriæ.

CAP. LXXXIII. Inter hunc apparatum belli, Plancus, non judicio recta legendi, neque amore reip. aut Cæſaris, (quippe hæc ſemper impugnabat) ſed morbo proditor, cum fuiſſet humillimus aſſentator reginæ, & infra ſervos cliens, cum Antonii librarius, cum obſcœniſſimarum rerum & auctor & miniſter, cum in omnia & omnibus venalis, cum cæruleatus & nudus, caputque redimitus arundine, & caudam trahens, genibus innixus Glaucum ſaltaſſet, in convivio refrigeratus ab Antonio, ob manifeſtarum rapinarum indicia, transfugit ad Cæſarem. & idem poſtea clementiam victoris pro ſua virtute interpretabatur; dictitans, id probatum à Cæſare, cui ille ignoverat. mox autem hunc noxa avunculum Titius imitatus eſt. Haud abſurde Coponius, vir è prætoriis graviſſimus, patris Silii ſocer, cum recens transfuga, multa ac nefanda Plancus abſenti Antonio in ſenatu objiceret: Multa, inquit, mehercules fecit Antonius pridie, quam tu illum relinqueres.

CAP. LXXXIV. Cæſare deinde & Meſſalla Corvino Coſs. debellatum apud Actium; ubi, longe ante quam dimicaretur, exploratiſſima Julianarum partium fuit victoria. Vigebat in hac parte miles atque imperator, illa marcebant omnia. hinc remiges firmiſſimi, illinc inopia ad-

feſtiſſimi. navium hac magnitudo modica, nec celeritati adverſa, illac ſpecie terribilior. hinc ad Antonium nemo, illinc ad Cæſarem quotidie aliquid transfugiebat. Denique in ore atque oculis Antonianæ claſſis per M. Agrippam Leucas expugnata, Patræ captæ, Corinthus occupata, bis ante ultimum diſcrimen claſſis hoſtium ſuperata. Rex Amyntas meliora & utiliora ſecutus, (nam Deillius exempli ſui tenax, ut à Dolabella ad Caſſium) virque clariſſimus Cn. Domitius, qui ſolus Antonianarum partium numquam reginam, niſi nomine, ſalutavit; maximo & præcipiti periculo tranſmiſit ad Cæſarem.

CAP. LXXXV. Advenit deinde maximi diſcriminis dies, quo Cæſar Antoniuſque productis claſſibus, pro ſalute alter, in ruinam alter terrarum orbis dimicavere. Dextrum navium Julianarum cornu M. Lurio commiſſum, lævum Aruntio, Agrippæ omne claſſici certaminis arbitrium. Cæſar ei parti deſtinatus, in quam à fortuna vocaretur, ubique aderat: claſſis Antonii regimen Publicolæ Soſioque commiſſum. At in terra locatum exercitum Taurus Cæſaris, Antonii regebat Canidius. Ubi initum certamen eſt, omnia in altera parte fuere, dux, remiges, milites; in altera nihil præter milites. prima occupat fugam Cleopatra; Antonius fugientis Reginæ, quam pugnantis militis ſui, comes eſſe maluit; & imperator, qui in deſertores ſævire debuerat, deſertor exercitus ſui factus eſt. Illis etiam detracto capite, in longum fortiſſime pugnandi duravit conſtantia; & deſperata victoria in mortem dimicabatur. Cæſar, quos ferro poterat interimere, verbis mulcere cupiens, clamitanſque & oſtendens, fugiſſe Antonium, quærebat, Pro quo & cum quo pugnarent. At illi, cum diu pro abſente dimicaſſent duce, ægre ſummiſſis armis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ceſſere victoriam; citiuſque vitam veniamque Cæſar promiſit, quam illis, ut ea precarentur, perſuaſum eſt. Fuitque in confeſſo, milites optimi imperatoris, imperatorem fugaciſſimi militis functum officio. ut dubites, ſuo ne, an Cleopatræ arbitrio victoriam temperaturus fuerit, qui ad ejus arbitrium direxit fugam. Idem locatus in terra fecit exercitus, cum ſe Canidius præcipiti fuga rapuiſſet ad Antonium.

CAP. LXXXVI. Quid ille dies terrarum orbi præſtiterit, ex quo in quem ſtatum pervenerit Fortuna Publica, quis in hoc tranſcurſu tam artati operis exprimere audeat? Victoria vero fuit clementiſſima; nec quiſquam interemtus eſt, niſi pauciſſimi, & hi, qui deprecari quidem pro ſe non ſuſtinerent. Ex qua lenitate ducis colligi potuit, quem aut initio triumviratus ſui, aut in campis Philippiis, ſi ſic licuiſſet, victoriæ ſuæ facturus fuerit [*modum*.] At Soſium L. Arruntii priſca gravitate celeberrimi fides, mox diu clementia luctatus ſua Cæſar, ſervavit incolumem. Non prætereatur Aſinii Pollionis factum & dictum memorabile. namque cum ſe poſt Brundiſinam pacem continuiſſet in Italia, neque aut vidiſſet umquam reginam, aut poſt enervatum amore ejus Antonii animum, partibus ejus ſe miſcuiſſet, rogante Cæſare, ut ſecum ad bellum proficiſceretur Actiacum; Mea, inquit, in Antonium majora merita ſunt, illius in me beneficia notiora: itaque diſcrimini veſtro me ſubtraham, & ero præda victoris.

CAP. LXXXVII. Proximo deinde anno perſecutus reginam Antoniumque Alexandream, ultimam bellis civilibus impoſuit manum. Antonius ſeipſe non ſegniter interemit, adeo ut multa deſidiæ crimina morte redimeret. At Cleopatra, fruſtratis cuſtodibus, inlata aſpide, mor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ſu ſane ejus, expers muliebris metus ſpiritum reddidit. Fuitque & fortuna & clementia Cæſaris dignum, quod nemo ex his, qui contra eum arma tulerant, ab eo juſſuve ejus interemtus. D. Brutum Antonii interemit crudelitas. Sex. Pompejum, ab eodem victum, idem Antonius, cum dignitatis quoque ſervandæ dediſſet fidem, etiam ſpiritu privavit. Brutus & Caſſius, ante quam victorum experirentur animum, voluntaria morte obierunt. Antonii Cleopatræque quis fuiſſet exitus, narravimus. Canidius timidius deceſſit, quam profeſſioni ejus, qua ſemper uſus erat, congruebat. Ultimus autem ex interfectoribus Cæſaris Parmenſis Caſſius morte pœnas dedit, ut dederat Trebonius.

CAP. LXXXVIII. Dum ultimam bello Actiaco Alexandrinoque Cæſar imponit manum, M. Lepidus juvenis forma quam mente melior; Lepidi ejus, qui triumvir fuerat reip. conſtituendæ, filius, Junia Bruti ſorore natus, interficiendi, ſimul in urbem revertiſſet, Cæſaris conſilia inierat. Tunc urbis cuſtodiis præpoſitus C. Mæcenas, equeſtri ſed ſplendido genere natus, vir, ubi res vigiliam exigeret, ſane exſomnis, providens atque agendi ſciens; ſimul vero aliquid ex negotio remitti poſſet, otio ac mollitiis pæne ultra fœminam fluens: non minus Agrippa Cæſari carus, ſed minus honoratus: quippe vixit anguſto clavo pæne contentus; nec minora conſequi potuit, ſed non tam concupivit. hic ſpeculatus eſt per ſummam quietem ac diſſimulationem præcipitis conſilia juvenis, & mira celeritate nullaque cum perturbatione aut rerum aut hominum oppreſſo Lepido, immane novi ac reſurrecturi belli civilis reſtinxit initium. & ille quidem male conſultorum pœnas exſolvit. Æquetur prædictæ jam [Calpurniæ] Antiſtii, Ser-

vilia Lepidi uxor, quæ vivo igni devorato, præmaturam mortem immortali nominis ſui penſavit memoria.

CAP. LXXXIX. Cæſar autem reverſus in Italiam atque urbem, quo occurſu, quo favore omnium hominum, ætatium, ordinum exceptus ſit; quæ magnificentia triumphorum ejus, quæ fuerit munerum, ne in operis quidem juſti materia, nedum hujus tam reciſi, digne exprimi poteſt. Nihil deinde optare à Diis homines, nihil Dii hominibus præſtare poſſunt, nihil voto concipi, nihil felicitate conſummari, quod non Auguſtus, poſt reditum in urbem, reip. populoque Ro. terrarumque orbi repræſentaverit. Finita viceſimo anno bella civilia, ſepulta externa, revocata pax, ſopitus ubique armorum furor; reſtituta vis legibus, judiciis auctoritas, ſenatui majeſtas; imperium magiſtratuum ad priſtinum redactum modum; tantummodo octo prætoribus allecti duo; priſca illa & antiqua reip. forma revocata; rediit cultus agris, ſacris honos, ſecuritas hominibus, certa cuique rerum ſuarum poſſeſſio; leges emendatæ utiliter, latæ ſalubriter; ſenatus ſine aſperitate, nec ſine ſeveritate lectus. Principes viri, triumphiſque & ampliſſimis honoribus functi, hortatu Principis, ad ornandam Urbem inlecti ſunt. Conſulatus tantummodo uſque ad undecimum, quem continuaret Cæſar, cum ſæpe obnitens repugnaſſet, impetrari potuit. nam dictaturam, quam pertinaciter ei deferebat populus, tam conſtanter repulit. Bella ſub imperatore geſta, pacatuſque victoriis terrarum orbis, & tot extra Italiam domique opera, omne ævi ſui ſpatium impenſurum in id ſolum opus ſcriptorem fatigent. Nos memores profeſſionis, univerſam imaginem principatus ejus oculis animiſque ſubjecimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

CAP. XC. Sepultis, ut prædiximus, bellis civilibus, coaleſcentibuſque reip. membris, quæ tam longa armorum ſeries laceraverat, Delmatia XX & CC [annos] rebellis, ad certam confeſſionem pacata eſt imperii; Alpes feris multiſque nationibus celebres perdomitæ; Hiſpaniæ, nunc ipſius præſentia, nunc Agrippæ, (quem uſque in tertium conſulatum, & mox collegium tribunitiæ poteſtatis, amicitia Principis evexerat) multo varioque Marte pacatæ. In quas provincias cum initio Scipione & Sempronio Longo Coss. primo anno ſecundi Punici, abhinc annos CCL, Romani exercitus miſſi eſſent, duce Cn. Scipione Africani patruo, per annos CC in his multo mutuoque ita certatum eſt ſanguine, ut amiſſis P. R. Imperatoribus exercitibuſque, ſæpe contumelia etiam, nonnumquam periculum Romano inferretur imperio. Illæ enim provinciæ Scipiones conſumſerunt: illæ contumelioſo XX annorum bello ſub duce Viriatho majores noſtros exercuerunt; illæ terrore Numantini belli, populum R. concuſſerunt. in illis turpe Q. Pompeji fœdus, turpiuſque Mancini, ſenatus cum ignominia dediti imperatoris reſcidit: illa tot conſulares, tot prætorios abſumſit duces, patrumque ætate, in tantum Sertorium armis extulit, ut per quinquennium dijudicari non potuerit, Hiſpanis Romaniſne in armis plus eſſet roboris, & uter populus alteri pariturus foret. Has igitur provincias tam diffuſas, tam frequentes, tam feras, ad eam pacem abhinc annos ferme L perduxit Cæſar Auguſtus: ut, quæ maximis bellis, numquam vacaverant, eæ ſub C. Antiſtio, ac deinde P. Silio legato ceteriſque poſtea, etiam latrociniis vacarent.

CAP. XCI. Dum pacatur Occidens, ab Oriente ac Rege Parthorum ſigna Romana, quæ Craſ-

ſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ſo oppreſſo Orodes; quæ Antonio pulſo filius ejus Phrahates ceperant, Auguſto remiſſa ſunt. quod cognomen illi viro Planci ſententia conſenſus univerſi ſenatus populique Ro. indidit. Erant tamen, qui hunc feliciſſimum ſtatum odiſſent. quippe L. Murena, & Fannius Cæpio, diverſis moribus (nam Murena ſine hoc facinore potuit videri bonus, Cæpio & ante hoc erat peſſimus) cum iniſſent occidendi Cæſaris conſilia, oppreſſi auctoritate publica, quod vi facere voluerant, jure paſſi ſunt. Neque multo poſt Rufus Egnatius, per omnia gladiatori quam ſenatori propior, collecto in ædilitate favore populi, quem extinguendis privata familia incendiis in dies auxerat, in tantum quidem, ut ei præturam continuaret, mox etiam conſulatum petere auſus; cum eſſet omni flagitiorum ſcelerumque conſcientia merſus; nec melior illi res familiaris quam mens foret; adgregatis ſimillimis ſibi, interimere Cæſarem ſtatuit, ut quo ſalvo ſalvus eſſe non poterat, eo ſublato moreretur. Quippe ita ſe mores habent, ut publica quiſque ruina malit occidere, quam ſua proteri, & idem paſſurus minus conſpici. Neque hic prioribus in occultando felicior fuit: addictuſque carceri, cum conſciis facinoris, mortem digniſſimam vita ſua obiit.

CAP. XCII. Præclarum excellentis viri factum C. Sentii Saturnini, circa ea tempora conſulis, ne fraudetur memoria. Aberat in ordinandis Aſiæ Orientiſque rebus Cæſar, circumferens terrarum orbi præſentia ſua pacis ſuæ bona: tum Sentius forte & ſolus & abſente Cæſare Cos., cum alia, priſca ſeveritate ſummaque conſtantia, vetere conſulum more ac ſeveritate, geſſiſſet, protraxiſſet publicanorum fraudes, puniſſet avaritiam, regeſſiſſet in ærarium pecunias publicas,

tum in comitiis habendis præcipuum egit conſulem. nam & quæſturam petentes, quos indignos judicavit, profiteri vetuit; &, cum id facturos ſe, perſeverarent, conſularem, ſi in campum deſcendiſſent, vindictam minatus eſt; & Egnatium, florentem favore publico, ſperantemque, ut præturam ædilitati, ita conſulatum præturæ ſe juncturum, profiteri vetuit; & cum id non obtinuiſſet, juravit, etiam ſi factus eſſet Cos. ſuffragiis populi, tamen ſe eum non renuntiaturum. Quod ego factum cuilibet veterum conſulum gloriæ comparandum reor, niſi quod naturaliter audita viſis laudamus libentius; & præſentia invidia, præterita veneratione proſequimur; & his non obrui, illis inſtrui credimus.

CAP. XCIII. Ante triennium fere quam Egnatianum ſcelus erumperet, circa Murænæ Cæpioniſque conjurationis tempus, abhinc annos L, M. Marcellus ſororis Auguſti Octaviæ filius, quem homines ita, ſi quid accidiſſet Cæſari, ſucceſſorem potentiæ ejus arbitrabantur futurum, ut tamen id per M. Agrippam ſecuro ei poſſe contingere non exiſtimarent, magnificentiſſimo munere ædilitatis edito deceſſit admodum juvenis; ſane, ut ajunt, ingenuarum virtutum, lætuſque animi & ingenii, fortunæque, in quam alebatur, capax. Poſt cujus obitum Agrippa, qui ſub ſpecie miniſteriorum principalium profectus in Aſiam, ut fama loquitur, ob tacitas cum Marcello offenſiones, præſenti ſe ſubduxerat tempori, reverſus inde filiam Cæſaris Juliam, quam in matrimonio Marcellus habuerat, duxit uxorem; feminam neque ſibi neque reip. felicis uteri.

CAP. XCIV. Hoc tractu temporum Tib. Claudius Nero, quo trimo, ut prædiximus, Livia Druſi Claudiani filia, deſpondente Nerone,

cui-

cui ante nupta fuerat, Cæſari nupſerat, innutritus cœleſtium præceptorum diſciplinis, juvenis genere, forma, celſitudine corporis, optimis ſtudiis, maximoque ingenio inſtructiſſimus, qui protinus quantus eſt ſperari potuerat, viſuſque prætulerit principem; quæſtor undeviceſimum annum agens capeſſere cœpit remp. maximamque difficultatem annonæ ac rei frumentariæ inopiam ita Oſtiæ atque in urbe mandato vitrici moderatus eſt; ut per id, quod agebat, quantus evaſurus eſſet, eluceret. Nec multo poſt miſſus ab eodem vitrico cum exercitu ad viſendas ordinandaſque, quæ ſub Oriente ſunt, provincias, præcipuis omnium virtutum experimentis in eo tractu editis, cum legionibus ingreſſus Armeniam, redacta ea in poteſtatem P. R. regnum ejus Artauaſdi dedit. cujus rex quoque Parthorum tanti nominis fama territus, liberos ſuos ad Cæſarem miſit obſides.

CAP. XCV. Reverſum inde Neronem, Cæſar haud mediocris belli molem experiri ſtatuit, adjutore operis dato fratre ipſius Druſo Claudio, quem intra Cæſaris penates enixa erat Livia. quippe uterque, diviſis partibus Rætos Vindelicoſque adgreſſi, multis urbium & caſtellorum oppugnationibus, nec non directa quoque acie feliciter functi, gentes locis tutiſſimas, aditu difficillimas, numero frequentes, feritate truces, majore cum periculo quam damno Romani exercitus, plurimo cum earum ſanguine perdomuerunt. Ante quæ tempora cenſura Planci & Paulli, acta inter diſcordiam, neque ipſis honori neque reip. uſui fuit: cum alteri vis cenſoris, alteri vita deeſſet: Paullus vix poſſet implere cenſorem, Plancus timere deberet, ne quidquam objicere poſſet adoleſcentibus, aut objicientes audire, quod non agnoſceret ſenex.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

CAP. XCVI. Mors deinde Agrippæ (qui novitatem ſuam multis rebus nobilitaverat, atque in hoc perduxerat, ut & Neronis eſſet ſocer; cujuſque liberos, nepotes ſuos, D. Auguſtus, præpoſitis Caji ac Lucii nominibus adoptaverat) admovit propius Neronem Cæſari. quippe filia ejus Julia, quæ fuerat Agrippæ nupta, Neroni nupſit. Subinde bellum Pannonicum, quod inchoatum Agrippa Marcoque Vinicio avo tuo Coss. magnum atroxque & perquam vicinum imminebat Italiæ, per Neronem geſtum eſt. Gentes Pannoniorum, Delmatarumque nationes, ſitumque regionum ac fluminum, numerumque & modum virium, excelſiſſimaſque & multiplices eo bello victorias tanti imperatoris, alio loco explicabimus. Hoc opus ſervet formam ſuam. Hujus victoriæ compos Nero, ovans triumphavit.

CAP. XCVII. Sed dum in hac parte imperii omnia geruntur proſperrime, accepta in Germania clades ſub legato M. Lollio, homine in omnia pecuniæ quam recte faciendi cupidiore, & inter ſummam vitiorum diſſimulationem vitioſiſſimo; amiſſaque legionis V aquila, vocavit ab urbe in Gallias Cæſarem. Cura deinde atque onus Germanici belli delegata Druſo Claudio fratri Neronis, adoleſcenti tot tantarumque virtutum, quot & quantas natura mortalis recipit, vel induſtria perficit; cujus ingenium utrum bellicis magis operibus, an civilibus ſuffecerit artibus, in incerto eſt. Morum certe dulcedo ac ſuavitas, & adverſus amicos æqua ac par ſui æſtimatio inimitabilis fuiſſe dicitur. nam pulchritudo corporis proxima fraternæ fuit. Sed illum, magna ex parte domitorem Germaniæ, plurimo ejus gentis variis in locis profuſo ſanguine, fatorum iniquitas, conſulem, agentem annum

num triceſimum, rapuit. Moles deinde ejus belli tranſlata in Neronem eſt, quod is ſua & virtute & fortuna adminiſtravit, peragratuſque victor omnes partes Germaniæ, ſine ullo detrimento commiſſi exercitus, quod præcipue huic duci ſemper curæ fuit, ſic perdomuit eam, ut in formam pæne ſtipendiariæ redigeret provinciæ. Tum alter triumphus, cum altero conſulatu, ei oblatus eſt.

CAP. XCVIII. Dum ea, quæ prædiximus, in Pannonia Germaniaque geruntur, atrox in Thracia bellum ortum, omnibus ejus gentis nationibus in arma accenſis, L. Piſonis, quem hodieque diligentiſſimum atque eundem leniſſimum ſecuritatis urbanæ cuſtodem habemus, virtus compreſſit. Quippe legatus Cæſaris triennio cum his bellavit; genteſque ferociſſimas, plurimo cum earum excidio, nunc acie, nunc expugnationibus, in priſtinum pacis redegit modum; ejuſque patratione Aſiæ ſecuritatem, Macedoniæ pacem reddidit. De quo viro hoc omnibus ſentiendum ac prædicandum eſt, eſſe mores ejus vigore ac lenitate mixtiſſimos, & vix quemquam reperiri poſſe, qui aut otium validius diligat, aut facilius ſufficiat negotio, & magis, quæ agenda ſunt, curet ſine ulla oſtentatione agendi.

CAP. XCIX. Brevi interjecto ſpatio Tib. Nero, duobus conſulatibus totidemque triumphis actis, tribunitiæ poteſtatis conſortione æquatus Auguſto, civium poſt unum (& hoc, quia volebat) eminentiſſimus, ducum maximus, fama fortunaque celeberrimus, & vere alterum reipubl. lumen & caput, mira quadam & incredibili atque inenarrabili pietate (cujus cauſſæ mox detectæ ſunt) cum C. Cæſar ſumſiſſet jam virilem togam, Lucius item maturus eſſet viris, ne ful-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

fulgor ſuus orientium juvenum obſtaret initiis, diſſimulata cauſſa conſilii ſui, commeatum ab ſocero atque eodem vitrico, adquieſcendi à continuatione laborum petiit. Quis fuerit eo tempore civitatis habitus, qui ſingulorum animi, quæ digredientium à tanto viro omnium lacrimæ, quam pæne ei patria manum injecerit, juſto ſervemus operi. Illud etiam in hoc tranſcurſu dicendum eſt, ita ſeptem annos Rhodi moratum, ut omnes, qui pro conſulibus legatique, in tranſmarinas profecti provincias, viſendi ejus gratia ad eum convenientes, ſemper privato (ſi illa majeſtas privata umquam fuit) faſces ſuos ſummiſerint, faſſique ſint, otium ejus honoratius imperio ſuo.

CAP. C. Senſit terrarum orbis digreſſum à cuſtodia Neronem urbis. nam & Parthus, deſciſcens à ſocietate Romana, adjecit Armeniæ manum, & Germania, averſis domitoris ſui oculis, rebellavit. At in urbe, eo ipſo anno, quo magnificentiſſimi gladiatorii muneris naumachiæque ſpectaculis, D. Auguſtus, abhinc annos XXX, ſe & Gallo Caninio Coss. dedicato Martis templo, animos oculoſque P. R. repleverat, fœda dictu memoriaque horrenda in ipſius domo tempeſtas erupit. Quippe filia ejus Julia, per omnia tanti parentis ac viri immemor, nihil, quod facere aut pati turpiter poſſet femina, luxuria, libidine infectum reliquit; magnitudinemque fortunæ ſuæ peccandi licentia metiebatur; quidquid liberet, pro licito vindicans. Tum Julus Antonius, ſingulare exemplum clementiæ Cæſaris, violator ejus domus, ipſe ſceleris à ſe commiſſi ultor fuit; quem, victo ejus patre, non tantum incolumitate donaverat, ſed ſacerdotio, prætura, conſulatu, provinciis, honoratum etiam matrimonio ſororis ſuæ filiæ, in ar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

artiſſimam adfinitatem receperat: Quinctiuſque Criſpinus, ſingularem nequitiam ſupercilio truci protegens, & Appius Claudius & Sempronius Gracchus, ac Scipio, aliique minoris nominis, utriuſque ordinis viri, quaſi cujuſlibet uxore violata, pœnas pependere; cum Cæſaris filiam & Neronis violaſſent conjugem. Julia relegata in inſulam, patriæque & parentum ſubducta oculis. quam tamen comitata mater Scribonia, voluntaria exſilii permanſit comes.

CAP. CI. Breve ab hoc intercelſerat ſpatium, cum C. Cæſar ante aliis provinciis ad viſendum obitis, in Syriam miſſus; convento prius Tib. Nerone, cui omnem honorem, ut ſuperiori, habuit, tam varie ſe ibi geſſit, ut nec laudaturum magna, nec vituperaturum mediocris materia deficiat, cum rege Parthorum juvene excelſiſſimo, in inſula quam amnis Euphrates ambiebat, æquato utriuſque partis numero, coiit. Quod ſpectaculum ſtantis ex diverſo hinc Romani, illinc Parthorum exercitus, cum duo inter ſe eminentiſſima imperiorum & hominum coirent capita, perquam clarum & memorabile, ſub initia ſtipendiorum meorum, tribuno militum mihi viſere contigit. quem militiæ gradum ante ſub patre tuo, M. Vinici, & P. Silio auſpicatus, in Thracia Macedoniaque, mox Achaia Aſiaque, & omnibus ad Orientem viſis provinciis, & ore atque utroque maris Pontici latere, haud injucunda tot rerum, locorum, gentium, urbium recordatione perfruor. Prior Parthus apud Cajum in noſtra ripa, poſterior hic apud regem in hoſtili epulatus eſt.

CAP. CII. Quo tempore M. Lollii, quem veluti moderatorem juventæ filii ſui Auguſtus eſſe voluerat, perfida & plena ſubdoli ac verſuti animi conſilia, per Parthum indicata Cæſari, fama

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ma vulgavit. cujus mors intra paucos dies fortuita an voluntaria fuerit ignoro. Sed quam hunc deceſſiſſe lætati homines, tam paullo poſt, obiſſe Cenſorinum in iiſdem provinciis, graviter tulit civitas, virum demerendis hominibus genitum. Armeniam deinde ingreſſus, prima parte introitus proſpere geſſit; mox in conloquium (cui ſe temere crediderat) circa Artageram graviter à quodam, nomine Adduo, vulneratus, ex eo, ut corpus minus habile, ita animum minus utilem reipub. habere cœpit. Nec defuit converſatio hominum, vitia ejus aſſentatione alentium. etenim ſemper magnæ fortunæ comes adeſt adulatio. per quæ eo ductus erat, ut in ultimo ac remotiſſimo terrarum orbis angulo conſeneſcere, quam Romam regredi mallet. Diu inde luctatus, invituſque revertens in Italiam, in urbe Lyciæ (Limyran nominant) morbo obiit; cum ante annum ferme L. Cæſar, frater ejus, Hiſpanias petens, Maſſiliæ deceſſit.

CAP. CIII. Sed fortuna, quæ ſubduxerat ſpem magni nominis, jam tum reip. ſua præſidia reddiderat. quippe, ante utriuſque horum obitum, patre tuo P. Vinicio Cos. Tib. Nero, reverſus Rhodo, incredibili lætitia patriam repleverat. Non eſt diu cunctatus Cæſar Auguſtus. neque enim quærendus erat, quem legeret; ſed legendus, qui eminebat. Itaque, quod poſt Lucii mortem adhuc Cajo vivo facere voluerat, atque vehementer repugnante Nerone erat inhibitus, poſt utriuſque adoleſcentium obitum facere perſeveravit, ut & tribunitiæ poteſtatis conſortionem Neroni conſtitueret, multum quidem eo cum domi tum in ſenatu recuſante, & eum Ælio Cato & Sentio Coss. v Kalend. Jul. poſt V. C. annis DCCLIV, abhinc annis XXVII adoptaret. Lætitiam illius diei, concurſumque civitatis,

tatis, & vota pæne inſerentium cœlo manus, ſpemque conceptæ perpetuæ ſecuritatis, æternitatiſque Romani imperii, vix in illo juſto opere abunde perſequi poterimus, nedum hic implere tentemus. Id unum dixiſſe [juvat], quam ille omnibus fuerit [carus.] tum refulſit certa ſpes liberorum parentibus, viris matrimoniorum, dominis patrimonii, omnibus hominibus ſalutis, quietis, pacis, tranquillitatis; adeo, ut nec plus ſperari potuerit, nec ſpei reſponderi felicius.

CAP. CIV. Adoptatus eadem die etiam M. Agrippa, quem poſt mortem Agrippæ Julia enixa erat. ſed in Neronis adoptione illud adjectum, his ipſis Cæſaris verbis: *Hoc*, inquit, *reip. cauſſa facio.* Non diu vindicem cuſtodemque imperii ſui morata in urbe patria, protinus in Germaniam miſit; ubi ante triennium ſub M. Vinicio, avo tuo, clariſſimo viro, immenſum exarſerat bellum. erat & ab eo quibuſdam in locis geſtum, quibuſdam ſuſtentatum feliciter, eoque nomine decreta ei cum ſpecioſiſſima inſcriptione operum ornamenta triumphalia. Hoc tempus me, functum ante tribunatu caſtrorum, Ti. Cæſaris militem fecit. quippe protinus ab adoptione miſſus cum eo præfectus equitum in Germaniam, ſucceſſor officii patris mei, cæleſtiſſimorum ejus operum per annos continuos IX præfectus aut legatus, ſpectator & pro captu mediocritatis meæ adjutor fui. Neque illi ſpectaculo, quo fructus ſum, ſimile conditio mortalis recipere videtur mihi; cum per celeberrimam Italiæ partem, tractum omnem Galliæ provinciarum, veterem imperatorem, & ante meritis ac virtutibus, quam nomine, Cæſarem reviſentes, ſibi quiſque, quam illi gratularentur plenius. At vero militum conſpectu ejus elicitæ gaudio lacrimæ, alacritaſque & ſalutationis nova

quæ-

quædam exſultatio, & contingendi manum cupiditas, non continentium protinus, quin adjicerent; Videmus te, imperator? ſalvum recepimus? ac deinde, Ego tecum, imperator, in Armenia, ego in Rhætia fui; ego à te in Vindelicis, ego in Pannonia, ego in Germania donatus ſum.

CAP. CV. Neque verbis exprimi, & fortaſſe vix mereri fidem poteſt, intrata protinus Germania, ſubacti Caninefates, Attuarii, Bructeri, recepti Cheruſci [gentes], & (utinam minus mox noſtra clade nobilis!) tranſitus Viſurgis: penetrata ulteriora. cum omnem partem aſperrimi & perículoſiſſimi belli Cæſar vindicaret; in iis, quæ minoris erant diſcriminis, Sentium Saturninum, qui tum legatus patris ejus in Germania fuerat, præfeciſſet; virum multiplicem virtutibus, navum, agilem, providum, militariumque officiorum patientem ac peritum pariter; ſed eundem, ubi negotia feciſſent locum otio, liberaliter lauteque eo abutentem; ita tamen, ut eum ſplendidum ac hilarem potius, quam luxurioſum aut deſidem diceres. de cujus viri claro celebrique conſulatu prædiximus. Anni ejus æſtiva, uſque in menſem Decembrem perducta, immanis emolumentum fecere victoriæ. Pietas ſua Cæſarem, pæne obſtructis hieme Alpibus, in urbem traxit: at tutela imperii eum veris initio reduxit in Germaniam; in cujus mediis finibus, ad caput Lupiæ fluminis, hiberna digrediens princeps locaverat.

CAP. CVI. Pro Dii boni, quanti voluminis opera inſequenti æſtate, ſub duce Tiberio Cæſare, geſſimus! Perluſtrata armis tota Germania eſt. Victæ gentes, pæne nominibus incognitæ. Receptæ Cauchorum nationes. omnis eorum juventus, infinita numero, immenſa corporibus,

ſitu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ſitu locorum tutiſſima, traditis armis, una cum ducibus ſuis, ſepta fulgenti armatoque militum noſtrorum agmine, ante imperatoris procubuit tribunal. Fracti Langobardi, gens etiam Germana feritate ferocior: denique, quòd numquam antea ſpe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadringenteſimum miliarium, à Rheno uſque ad flumen Albim, qui Semnonum Hermundorumque fines præterfluit, Romanus cum ſignis perductus exercitus: & eodem, mira felicitate & cura ducis, temporum quoque obſervantia, claſſis quæ Oceani circumnavigaverat ſinus, ab inaudito atque incognito ante mari flumine Albi ſubvecta, plurimarum gentium victoria, cum abundantiſſima rerum omnium copia, exercitui Cæſarique ſe junxit.

CAP. CVII. Non tempero mihi, quin tantæ rerum magnitudini hoc, qualecumque eſt, inſeram. Cum citeriorem ripam prædicti fluminis caſtris occupaſſemus, & ulterior armata hoſtium juventute fulgeret, ſub omnem motum noſtrarum navium protinus refugientium, unus è barbaris, ætate ſenior, corpore excellens, dignitate, quantum oſtendebat cultus, eminens, cavatum (ut illis mos eſt) ex materia conſcendit alveum, ſoluſque id navigii genus temperans, ad medium proceſſit fluminis; & petiit, liceret ſibi, ſine periculo, in eam quam armis tenebamus, egredi ripam, ac videre Cæſarem. Data petenti facultas. Tum adpulſo lintre, & diu tacitus contemplatus Cæſarem, Noſtra quidem, inquit, furit juventus, quæ, cum veſtrum numen abſentium colat, præſentium potius arma metuit, quam ſequitur fidem. ſed ego beneficio ac permiſſu tuo, Cæſar, quos ante audiebam, hodie vidi Deos: nec feliciorem ullum vitæ meæ aut optavi aut ſenſi diem. Impetratoque, ut manum

num contingeret, reverſus in naviculam, ſine fine reſpectans Cæſarem, ripæ ſuorum adpulſus eſt. Victor omnium gentium locorumque, quos adierat, Cæſar, cum incolumi inviolatoque, & ſemel tantummodo, magna cum clade hoſtium, fraude eorum tentato exercitu, in hiberna legiones reduxit; eadem, qua priore anno, feſtinatione urbem petens.

CAP. CVIII. Nihil erat jam in Germania, quod vinci poſſet, præter gentem Marcomannorum; quæ Maroboduo duce excita ſedibus ſuis, atque in interiora refugiens, incinctos Herciniæ ſilvæ campos incolebat. Nulla feſtinatio hujus viri mentionem tranſgredi debet. Maroboduus genere nobilis, corpore prævalens, animo ferox, natione magis quam ratione barbarus, non tumultuarium neque fortuitum, neque mobilem, ſed ex voluntate parentium conſtantem inter ſuos occupavit principatum, ſed certum imperium, vimque regiam complexus animo, ſtatuit, avocata procul à Romanis gente ſua, eo progredi; ubi, cum propter potentiora arma refugiſſet, ſua faceret potentiſſima. Occupatis igitur, quos prædiximus, locis, finitimos omnes aut bello domuit, aut conditionibus juris ſui fecit.

CAP. CIX. Corpus ſuum cuſtoditum, imperium perpetuis exercitiis pæne ad Romanæ diſciplinæ formam redactum, brevi in eminens & noſtro quoque imperio timendum perduxit faſtigium; gerebatque ſe ita adverſus Romanos, ut neque bello nos laceſſeret, & ſi laceſſeretur, ſupereſſe ſibi vim ac voluntatem reſiſtendi [declararet.] Legati, quos mittebat ad Cæſares, interdum ut ſupplicem commendabant, interdum ut pro pari loquebantur. Gentibus hominibuſque à nobis deſciſcentibus erat apud eum perfugium;

to-

totumque ex male diſſimulato agebat æmulum: exercitumque, quem LXX milium peditum, quattuor equitum fecerat, aſſiduis adverſus finitimos bellis exercendo, majori, quam quod habebat, operi præparabat. Eratque etiam eo timendus, quod, cum Germaniam ad lævam, & in fronte, Pannoniam ad dextram, à tergo ſedium ſuarum haberet Noricos, tamquam in omnes ſemper venturus ab omnibus timebatur. Nec ſecuram incrementi ſui patiebatur eſſe Italiam. quippe cum à ſummis Alpium jugis, quæ finem Italiæ terminant, initium ejus finium haud multo plus CC milibus paſſuum abeſſet. Hunc virum & hanc regionem proximo anno diverſis è partibus Tib. Cæſar adgredi ſtatuit. Sentio Saturnino mandatum, ut per Cattos, exciſis continentibus Herciniæ ſilvis, legiones Boiohœmum (id regioni, quam incolebat Maroboduus, nomen eſt) [duceret:] ipſe à Carnuto, qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orſus eſt.

CAP. CX. Rumpit, interdum moratur propoſita hominum Fortuna. Præparaverat jam hiberna Cæſar ad Danubium, admotoque exercitu non plus quam quinque dierum iter à primis hoſtium, Saturninum admoveri placuerat: [cujus copiæ] pæne æquali diviſæ intervallo ab hoſte, intra paucos dies in prædicto loco cum Cæſare junctura erant; cum univerſa Pannonia inſolens longæ pacis bonis, & adulta viribus Delmatia, omnibus tractus ejus gentibus in ſocietatem adductis, ex conſtituto arma corripuit. Tum neceſſaria glorioſis præpoſita: neque tutum viſum, abdito in interiora exercitu, vacuam tam vicino hoſti relinquere Italiam. Gentium nationumque, quæ rebellaverant, omnis numerus amplius DCCC milibus explebat. $\overline{CC}$ fere peditum colli-

E ge-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

gebantur, armis habilia; equitum $\overline{\text{VIIII}}$. cujus immenſæ multitudinis, parentis acerrimis ac peritiſſimis ducibus, pars petere Italiam decreverat, junctam ſibi Nauporti ac Tergeſtis confinio; pars in Macedoniam ſe effuderat; pars ſuis ſedibus præſidium eſſe deſtinaverat. Proxima duobus Batonibus ac Pinneti ducibus auctoritas erat. In omnibus autem Pannoniis non diſciplinæ tantummodo, ſed linguæ quoque notitia Romanæ: pleriſque etiam litterarum uſus & familiaris animorum erat exercitatio. Itaque hercules nulla umquam natio tam mature conſilio belli bellum junxit, ac decreta patravit. oppreſſi cives Romani, trucidati negotiatores, magnus vexillariorum numerus ad internecionem, ea in regione, quæ plurimum ab imperatore aberat, cæſus; occupata armis Macedonia; omnia & in omnibus locis igni ferroque vaſtata: quin tantus etiam hujus belli metus fuit, ut ſtabilem illum & firmatum tantorum bellorum experientia, Cæſaris Auguſti animum quateret atque terreret.

CAP. CXI. Habiti itaque delectus, revocati undique & omnes veterani, viri feminæque ex cenſu libertinum coactæ dare militem. Audita in ſenatu vox Principis, decimo die, ni caveretur, poſſe hoſtem in urbis Romæ venire conſpectum. Senatorum equitumque Romanorum exactæ ad id bellum operæ pollicitæ. Omnia hæc fruſtra præparaſſemus, niſi qui illa regeret fuiſſet. Itaque, ut præſidium militum, reſp. ab Auguſto ducem in bellum popoſcit Tiberium. Habuit in hoc quoque bello mediocritas noſtra ſpecioſi miniſtri locum. Finita equeſtri militia, deſignatus quæſtor, necdum ſenator æquatus ſenatoribus, etiam deſignatis tribunis plebei, partem exercitus ab urbe, traditi ab Auguſto, perduxi ad filium ejus. in quæſtura deinde, remiſſa ſorte pro-
vin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

vinciæ, legatus ejuſdem ad eundem miſſus, quas nos primo anno acies hoſtium vidimus? quantis prudentia ducis opportunitatibus, furentes eorum vires univerſas evaſimus partibus? quanto cum temperamento ſimul utilitatis res auctoritate imperatoris agi vidimus? qua prudentia hiberna diſpoſita ſunt? quanto opere incluſus cuſtodiis exercitus noſtri, ne qua poſſet erumpere, inopſque copiarum & intra ſe furens, viribus hoſtis elangueſceret?

CAP. CXII. Felix eventu, forte conatu, prima æſtate belli Meſſalini opus mandandum eſt memoriæ. qui vir animo etiam quam gente nobilior, digniſſimus qui & patrem Corvinum habuiſſet, & cognomen ſuum Cottæ fratri relinqueret, præpoſitus Illyrico, ſubita rebellione, cum ſemiplena legione viceſima circumdatus hoſtili exercitu, amplius $\overline{xx}$ hoſtium fudit fugavitque, & ob id ornamentis triumphalibus honoratus eſt. Ita placebat barbaris numerus ſuus, ita fiducia virium, ut, ubicumque Cæſar eſſet, nihil in ſe reponerent. pars exercitus eorum propoſita ipſi duci, & ad arbitrium utilitatemque noſtram macerata, perductaque ad exitiabilem famem, neque inſtantem ſuſtinere, neque facientibus copiam pugnandi dirigentibuſque aciem auſa congredi, occupato monte Claudio, munitione ſe defendit. At ea pars, quæ obviam ſe effuderat exercitui, quem A. Cæcina, & Silvanus Plautius conſulares ex tranſmarinis adducebant provinciis, circumfuſa quinque legionibus noſtris, auxiliaribuſque & equitatu regio (quippe magnam Thracum manum junctus prædictis ducibus Rhœmetalces Thraciæ rex in adjutorium ejus belli ſecum trahebat) pæne exitiabilem omnibus cladem intulit. Fuſa regiorum equeſtris acies, fugatæ alæ, converſæ cohortes ſunt. apud ſigna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

quoque legionum trepidatum. ſed Romana virtus militi plus eo tempore vindicatum gloriæ, quam ducibus, reliquit: qui, multum à more imperatoris ſui diſcrepantes, ante in hoſtem inciderunt, quam per exploratores, ubi hoſtis eſſet, cognoſcerent. Jam igitur in dubiis rebus ſemetipſæ legiones adhortatæ, jugulatis ab hoſte quibuſdam tribunis militum, interemto præfecto caſtrorum, præfectiſque cohortium, non incruentis centurionibus (è) quibus etiam primi ordines cecidere, invaſere hoſtes: nec ſuſtinuiſſe contenti, perrupta eorum acie, ex inſperato victoriam vindicaverunt. Hoc fere tempore Agrippa, qui eodem die, quo Tiberius, adoptatus ab avo ſuo naturali erat, & jam ante biennium, qualis eſſet, apparere cœperat, mira pravitate animi atque ingenii in præcipitia converſus, patris atque ejuſdem avi ſui animum alienavit ſibi; moxque creſcentibus in dies vitiis, dignum furore ſuo habuit exitum.

CAP. CXIII. Accipe nunc, M. Vinici, tantum in bello ducem, quantum in pace vides principem. Junctis exercitibus, quique ſub Cæſare fuerant, quique ad eum venerant, contractiſque in una caſtra decem legionibus, LXX amplius cohortibus, quatuordecim (alis) & pluribus quam decem veteranorum milibus, ad hoc magno voluntariorum numero, frequentique equite regio; tanto denique exercitu, quantus nullo umquam loco poſt bella fuerat civilia, omnes eo ipſo læti erant, maximamque fiduciam victoriæ in numero reponebant. At imperator, optimus eorum quæ agebat judex; & utilia ſpecioſis præferens, quodque ſemper eum facientem vidi in omnibus bellis, quæ probanda eſſent, non quæ utique probarentur ſequens, paucis diebus exercitum qui venerat, ad refovendas ex itinere ejus

ejus vires, moratus; cum eum majorem, quam ut temperari poſſet, neque habilem gubernaculo cerneret, dimittere ſtatuit: proſecutuſque longo & perquam laborioſo itinere, cujus difficultas narrari vix poteſt, ut neque univerſos quiſquam auderet adgredi, & partem digredientium ſuorum quiſque metu finium univerſi tentare non poſſent, remiſit eo unde venerant, & ipſe aſperrimæ hiemis initio regreſſus Siſciam, legatos, inter quos ipſi fuimus, partitis præfecit hibernis.

CAP. CXIV. O rem dictu non eminentem, ſed ſolida veraque virtute atque utilitate maximam; experientia ſuaviſſimam, humanitate ſingularem! Per omne belli Germanici Pannonicique tempus, nemo è nobis gradumve noſtrum aut præcedentibus aut ſequentibus, imbecillus fuit, cujus ſalus ac valetudo non ita ſuſtentaretur Cæſaris cura, tamquam diſtractiſſimus ille tantorum onerum mole huic uni negotio vacaret animus. Erat deſiderantibus paratum junctum vehiculum; lectica ejus publicata, cujus beneficium cum alii, tum ego ſenſi. Jam medici, jam apparatus cibi, jam in hoc ſolum importatum inſtrumentum balinei, nullius non ſuccurrit valetudini. Domus tantum ac domeſtici deerant; ceterum nihil, quod ab illis aut præſtari aut deſiderari poſſet. Adjiciam illud, quod, quiſquis illis temporibus interfuit, ut alia, quæ retuli, agnoſcet protinus. Solus ſemper equo vectus eſt; ſolus cum iis, quos invitaverat, majore parte æſtivarum expeditionum, cœnavit ſedens; non ſequentibus diſciplinam, quatenus exemplo non nocebatur, ignovit; admonitio frequens inerat, & caſtigatio; vindicta rariſſima: agebatque medium plurima diſſimulantis, aliqua inhibentis. Hiems emolumentum patrati belli contulit. ſed inſequenti æſtate omnis Pannonia, reliquiis to-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

tius belli in Delmatia manentibus, pacem petiit. Ferocem illam tot milium juventutem, paullo ante ſervitutem minatam Italiæ, conferentem arma, quibus uſa erat, apud flumen nomine Bathinum, proſternentemque ſe univerſam genibus imperatoris, Batonemque & Pinetem excelſiſſimos duces, captum alterum, alterum à ſe deditum, juſtis voluminibus ordine narrabimus, ut ſpero. Autumno victor in hiberna reducitur exercitus, cujus omnibus copiis à Cæſare M. Lepidus præfectus eſt, vir nominis ac fortunæ eorum proximus: quem in quantum quiſque aut cognoſcere aut intelligere potuit, in tantum miratur ac diligit, tantorumque nominum, quibus ortus eſt, ornamentum judicat.

CAP. CXV. Cæſar ad alteram belli Delmatici molem animum atque arma contulit. in qua regione quali adjutore legatoque fratre meo, Magio Celere Vellejano uſus ſit, ipſius patriſque ejus prædicatione teſtatum eſt, & ampliſſimorum honorum, quibus triumphans eum Cæſar donavit, ſignat memoria. Initio æſtatis Lepidus, educto hibernis exercitu, per gentis integras immuneſque adhuc clade belli, & eo feroces ac truces, tendens ad Tiberium imperatorem, & cum difficultate locorum & cum vi hoſtium luctatus, magna cum clade obſiſtentium, exciſis agris, exuſtis ædificiis, cæſis viris, lætus victoria, prædaque onuſtus, pervenit ad Cæſarem; & ob ea, quæ ſi propriis geſſiſſet auſpiciis, triumphare debuerat, ornamentis triumphalibus, conſentiente cum judicio principum voluntate ſenatus, [donatus] eſt. Illa æſtas maximi belli conſummavit effectus. quippe Breuci & Deſitiates Delmatæ, ſitu locorum ac montium, ingeniorum ferocia, mira etiam pugnandi ſcientia, & præcipue anguſtiis ſaltuum pæne inexpugnabiles, non jam ductu,
ſed

ſed manibus atque armis ipſius Cæſaris tum demum pacati ſunt, cum pæne funditus everſi forent. Nihil in hoc tanto bello, nihil in Germania aut videre majus aut mirari magis potui, quam quod imperatori numquam adeo ulla opportuna viſa eſt victoriæ occaſio, quam damno amiſſi penſaret militis: ſemperque viſum eſt glorioſum, quod eſſet tutiſſimum; & ante conſcientiæ, quam famæ, conſultum; nec umquam conſilia ducis judicio exercitus, ſed exercitus providentia ducis rectus eſt.

CAP. CXVI. Magna in bello Delmatico experimenta virtutis in multos ac difficiles locos præmiſſus Germanicus dedit, celebri etiam opera diligentique Vibius Poſtumus, vir conſularis, præpoſitus Delmatiæ, ornamenta meruit triumphalia: quem honorem ante paucos annos Paſſienus & Coſſus, viri quibuſdam diverſis virtutibus celebres, in Africa meruerant. Sed Coſſus victoriæ teſtimonium etiam in cognomen filii contulit, adoleſcentis in omnium virtutum exempla geniti. At Poſtumi operum L. Apronius particeps, illa quoque militia eos, quos mox conſecutus eſt, honores excellenti virtute meruit. Utinam non majoribus experimentis teſtatum eſſet, quantum in omni re Fortuna poſſet; ſed in hoc quoque genere abunde agnoſci vis ejus poteſt: nam & vir antiquiſſimi moris, & priſcam gravitatem ſemper humanitate temperans, in Germania, Illyricoque, & mox in Africa, ſplendidiſſimis functus miniſteriis, non merito, ſed materia adipiſcendi triumphalia defectus eſt. Et A. Licinius Nerva Silianus, P. Silii filius, quem virum, ne qui intellexit quidem, abunde miratus eſt, ne nihil non optimo civi, ſimpliciſſimo duci periſſet, præferens immatura, & fructu ampliſſimæ principis amicitiæ & conſummatione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

evectæ in altiſſimum paternumque faſtigium imaginis defectus eſt. Horum virorum mentioni ſi quis quæſiſſe me dicet locum, fatentem arguet. neque enim juſtus ſine mendacio candor apud bonos crimini eſt.

CAP. CXVII. Tantum quod ultimam impoſuerat Pannonico ac Delmatico bello Cæſar manum, cum, intra quinque conſummati tanti operis dies, funeſtæ ex Germania epiſtolæ, cæſi Vari, trucidatarumque legionum trium, totidemque alarum, & ſex cohortium. velut in hoc ſalutem tantummodo indulgente nobis fortuna, ne occupato duce. * & cauſſa perſona moram exigit. Varus Quinctilius inluſtri magis quam nobili ortus familia, vir ingenio mitis, moribus quietus, ut corpore & animo immobilior, otio magis caſtrorum quam bellicæ adſuetus militiæ; pecuniæ vero quam non contemtor, Syria, cui præfuerat, declaravit; quam pauper divitem ingreſſus, dives pauperem reliquit: is cum exercitui, qui erat in Germania, præeſſet, concepit eſſe homines, qui nihil præter vocem membraque haberent hominum; quique gladiis domari non poterant, poſſe jure mulceri. Quo propoſito mediam ingreſſus Germaniam, velut inter viros pacis gaudentes dulcedine, juriſdictionibus agendoque pro tribunali ordine, trahebat æſtiva.

CAP. CXVIII. At illi, quod niſi expertus vix credat, in ſumma feritate verſutiſſimi, natumque mendacio genus, ſimulantes fictas litium ſeries, & nunc provocantes alter alterum injuria, nunc agentes gratias, quod eas Romana juſtitia finiret, feritaſque ſua novitate incognitæ diſciplinæ miteſceret, & ſolita armis diſcerni jure terminarentur, in ſummam ſocordiam perduxere Quinctilium, uſque eo, ut ſe prætorem urbanum in foro jus dicere, non in mediis Germa-

niæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

niæ finibus exercitui præeſſe crederet. Tum juvenis genere nobilis, manu fortis, ſenſu celer, ultra barbarum promtus ingenio, nomine Arminius, Sigimeri principis gentis ejus filius, ardorem animi vultu oculiſque præferens, adſiduus militiæ noſtræ prioris comes, etiam civitatis Romanæ jus equeſtremque conſecutus gradum, ſegnitia ducis in occaſionem ſceleris uſus eſt; haud imprudenter ſpeculatus, neminem celerius opprimi, quam qui nihil timeret; & frequentiſſimum initium eſſe calamitatis, ſecuritatem. Primo igitur paucos, mox plures in ſocietatem conſilii recepit; opprimi poſſe Romanos & dicit & perſuadet; decretis facta jungit; tempus inſidiarum conſtituit. Id Varo per virum ejus gentis fidelem clarique nominis Segeſtem indicatur. Obſtabant ſed jam fata conſiliis, omnemque animi ejus aciem præſtrinxerant. Quippe ita ſe res habet, ut plerumque Deus fortunam mutaturus conſilia corrumpat, efficiatque, quod miſerrimum eſt, ut, quod accidit, id etiam merito accidiſſe videatur, & caſus in culpam tranſeat. Negat itaque ſe credere, ſpemque in ſe benevolentiæ ex merito æſtimare profitetur. Nec diutius, poſt primum indicem, ſecundo relictus locus.

CAP. CXIX. Ordinem atrociſſimæ calamitatis, qua nulla, poſt Craſſi in Parthis damnum, in externis gentibus gravior Romanis fuit, juſtis voluminibus, ut alii, ita nos conabimur exponere: nunc ſumma deflenda eſt. Exercitus omnium fortiſſimus, diſciplina, manu, experientiaque bellorum inter Romanos milites princeps, marcore ducis, perfidia hoſtis, iniquitate fortunæ circumventus; cum ne pugnandi quidem egregie occaſio in quantum voluerant data eſſet militeris, caſtigatis etiam quibuſdam gravi pœna, quia Romanis & armis & animis uſi fuiſſent, in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

cluſus ſilvis, paludibus, inſidiis ab eo hoſte ad internecionem trucidatus eſt, quem ita ſemper more pecudum trucidaverat, ut vitam aut mortem ejus nunc ira nunc venia temperaret. Duci plus ad moriendum quam ad pugnandum animi fuit. quippe paterni avitique exempli ſucceſſor ſe ipſe transfixit. At è præfectis caſtrorum duobus quam clarum exemplum L. Eggius, tam turpe Ceionius prodidit: qui, cum longe maximam partem abſumſiſſet acies, auctor deditionis ſupplicio quam prœlio mori maluit. At Vala Numonius, legatus Vari, cetera quietus ac probus, diri auctor exempli, ſpoliatum equite peditem relinquens, fuga cum alis Rhenum petere ingreſſus eſt. quod factum ejus fortuna ulta eſt. non enim deſertis ſuperfuit, ſed deſertor occidit. Vari corpus ſemiuſtum hoſtilis laceraverat feritas; caput ejus abſciſum latumque ad Maroboduum, & ab eo miſſum ad Cæſarem, gentilitii tamen tumuli ſepultura honoratum eſt.

CAP. CXX. His auditis revolat ad patrem Cæſar, perpetuus patronus Romani imperii adſuetam ſibi cauſſam ſuſcipit. Mittitur ad Germaniam, Gallias confirmat, diſponit exercitus, præſidia munit; ſe magnitudine ſua, non fiducia [hoſtium] metiens, qui Cimbricam Teutonicamque militiam Italiæ minabantur, ultro Rhenum cum exercitu tranſgreditur. Arminio territo, quem arcuiſſe pater & patria contenti erant, penetrat interius, aperit limites, vaſtat agros, urit domos, fundit obvios; maximaque cum gloria, incolumi omnium, quos tranſduxerat, numero, in hiberna revertitur. Reddatur verum L. Aſprenati teſtimonium; qui legatus ſub avunculo ſuo Varo militans, nava virilique opera duarum legionum, quibus præerat, exercitum immunem tanta calamitate ſervavit; matureque ad inferiora hi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

hiberna deſcendendo, vacillantium etiam cis Rhenum ſitarum gentium animos confirmavit. Sunt tamen, qui, ut vivos ab eo vindicatos, ita jugulatorum ſub Varo occupata crediderint patrimonia, hereditatemque exciſi exercitus, in quantum voluerit, ab eo aditam. Lucii etiam Cæditii, præfecti caſtrorum, eorumque, qui una circumdati Aliſone immenſis Germanorum copiis obſidebantur, laudanda virtus eſt; qui omnibus difficultatibus ſuperatis, quas inopia rerum intolerabiles, vis hoſtium faciebat inexſuperabiles, nec temerario conſilio, nec ſegni providentia uſi, ſpeculatique opportunitatem, ferro ſibi ad ſuos pepetere reditum. Ex quo apparet, Varum ſane gravem & bonæ voluntatis virum, magis imperatoris defectum conſilio, quam virtute deſtitutum militum, ſe magnificentiſſimumque perdidiſſe exercitum. Cum in captivos ſæviretur à Germanis, præclari facinoris auctor fuit Caldus Cœlius vetuſtate familiæ ſuæ digniſſimus; qui complexus catenarum, quibus vinctus erat, ſeriem, ita illas inliſit capiti ſuo, ut protinus pariter ſanguinis cerebrique profluvio exſpiraret.

CAP. CXXI. Eadem & virtus & fortuna ſubſequenti tempore ingreſſa animam imperatoris Tiberii fuit, quæ initio fuerat; qui concuſſis hoſtium viribus, claſſicis peditumque expeditionibus, cum res Galliarum maximæ molis, accenſæque plebis Viennenſium diſſenſiones, coërcitione magis quam pœna molliſſet, & ſenatus populuſque Rom. (poſtulante patre ejus) ut æquum ei jus in omnibus provinciis exercitibuſque eſſet, quam erat ipſi, decreto complexus eſſet: (etenim abſurdum erat, non eſſe ſub illo, quæ ab illo vindicabantur; & qui ad opem ferendam primus erat, ad vindicandum honorem non judicari parem) in urbem reverſus, jampridem debitum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ſed continuatione bellorum dilatum, ex Pannoniis Delmatiſque egit triumphum. cujus magnificentiam quis miretur in Cæſare? fortunæ vero quis non miretur indulgentiam? quippe omnes eminentiſſimos hoſtium duces non occiſos fama narravit, ſed vinctos triumphus oſtendit. quem mihi, fratrique meo, inter præcipuos præcipuiſque donis adornatos viros, comitari contigit.

CAP. CXXII. Quis non inter reliqua, quibus ſingularis moderatio Tib. Cæſaris elucet atque eminet, hoc quoque miretur, quod, cum ſine ulla dubitatione ſeptem triumphos meruerit, tribus contentus fuerit? Quis enim dubitare poteſt, quin ex Armenia recepta, & ex rege ei præpoſito, cujus capiti inſigne regium ſua manu impoſuerat, ordinatiſque rebus Orientis, ovans triumphare debuerit? &, Vindelicorum Rhætorumque victor, curru urbem ingredi? fractis deinde poſt adoptionem continua triennii militia Germaniæ viribus, idem illi honor & deferendus & recipiendus fuerit? & poſt cladem ſub Varo acceptam, ocius proſperrimo rerum eventu, eadem exciſa Germania, triumphum ſummi ducis adornare debuerit? Sed in hoc viro neſcias, utrum magis mireris, quod laborum periculorumque ſemper exceſſit modum, an quod honorum temperavit.

CAP. CXXIII. Venitur ad tempus, in quo fuit plurimum metus. quippe Cæſar Auguſtus, cum Germanicum nepotem ſuum, reliqua belli patraturum miſiſſet in Germaniam, Tiberium autem filium miſſurus eſſet in Illyricum, ad firmanda pace, quæ bello ſubegerat, proſequens eum, ſimulque interfuturus athletarum certaminis ludicro, quod ejus honori ſacratum à Neapolitanis eſt, proceſſit in Campaniam: quamquam jam motus imbecillitatis inclinatæque in de-

deterius principia valetudinis ſenſerat; tamen obnitente vi animi, proſecutus filium, digreſſuſque ab eo Beneventi, ipſe Nolam petiit; & ingraveſcente in dies valetudine, cum ſciret, quis volenti omnia poſt ſe ſalva remanere, accerſendus foret, feſtinanter revocavit filium. ille ad patrem patriæ exſpectato revolavit maturius. Tum ſecurum ſe Auguſtus prædicans, circumfuſuſque amplexibus Tiberii ſui, commendans illi ſua atque ipſius opera, nec quidquam jam de fine, ſi fata poſcerent, recuſans, ſubrefectus primo conſpectu adloquioque cariſſimi ſibi ſpiritus, mox cum omnem curam fata vincerent, in ſua reſolutus initia, Pompejo Apulejoque Coss. ſeptuageſimo ſexto anno, animam cœleſtem cœlo reddidit.

CAP. CXXIV. Quid tunc homines timuerint, quæ ſenatus trepidatio, quæ populi confuſio, quis orbis metus, in quam arto ſalutis exitiique fuerimus confinio, neque mihi tam feſtinanti exprimere vacat; neque, cui vacat, poteſt. Id ſolum voce publica dixiſſe habeo. Cujus orbis ruinam timueramus, eum ne commotum quidem ſenſimus. tantaque unius viri majeſtas fuit, ut nec bonis, neque contra malos opus armis foret. Una tamen veluti luctatio civitatis fuit; pugnantis cum Cæſare ſenatus populique Romani, ut ſtationi paternæ ſuccederet: illius, ut potius æqualem civem, quam eminentem liceret agere principem. tandem magis ratione quam honore victus eſt: cum quidquid tuendum non ſuſcepiſſet, periturum videret. ſolique huic contigit, pæne diutius recuſare principatum, quam, ut occuparent eum, alii armis pugnaverant. Poſt redditum cœlo patrem, & corpus ejus humanis honoribus, nomen divinis honoratum, primum principalium ejus operum fuit ordinatio comitiorum; quam manu ſua ſcriptam D. Auguſtus

reliquerat. Quo tempore mihi fratrique meo, candidatis Cæſaris, proxime à nobiliſſimis ac ſacerdotibus viris, deſtinari prætoribus contigit; conſecutis, ut neque poſt nos quemquam D. Auguſtus, neque ante nos Cæſar commendaret Tiberius.

CAP. CXXV. Tulit protinus & voti & conſilii ſui pretium reſp. neque diu latuit, aut quid non impetrando paſſuri fuiſſemus, aut quid impetrando profeciſſemus. quippe exercitus, qui in Germania militabat, præſentiſque Germanici imperio regebatur, ſimulque legiones, quæ in Illyrico erant, rabie quadam & profunda confundendi omnia cupiditate, novum ducem, novum ſtatum, novam quærebat remp. quinetiam auſi ſunt minari, daturos ſenatui, daturos principi leges; modum ſtipendii, finem militiæ ſibi ipſi conſtituere conati ſunt. proceſſum etiam in arma, ferrumque ſtrictum eſt; & pæne in ultima gladiorum erupit impunitas: defuitque qui contra remp. duceret, non qui ſequerentur. Sed hæc omnia veteris imperatoris maturitas, multa inhibentis, aliqua cum gravitate pollicentis, inter ſeveram præcipue noſtrorum ultionem, mitis aliorum caſtigatio, brevi ſopiit ac ſuſtulit. Quo quidem tempore, ut pleraque ignave Germanicus, ita Druſus, qui à patre in id ipſum, plurimo quidem igne emicans incendium militaris tumultus miſſus erat, priſca antiquaque ſeveritate uſus, ancipitia ſibi tam re quam exemplo pernicioſa, & his ipſis militum gladiis, quibus obſeſſus erat, obſidentes coërcuit: ſingulari adjutore in eo negotio uſus Junio Blæſo, viro neſcias utiliore in caſtris, an meliore in toga. qui, poſt paucos annos proconſul in Africa, ornamenta triumphalia, cum appellatione Imperatoria meruit. ac Hiſpanias exercitumque virtutibus cele-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

leberrimaque in Illyrico militia, ut prædiximus, cum imperio obtineret, in ſumma pace, quiete continuit; cum ei pietas rectiſſima ſentiendi, & auctoritas quæ ſentiebat obtinendi ſupereſſet. cujus curam ac fidem Dolabella quoque, vir ſimplicitatis generoſiſſimæ, in maxima parte Illyrici per omnia imitatus eſt.

CAP. CXXVI. Horum XVI annorum opera quis, cum inſerta ſint oculis animiſque omnium, in partibus eloquatur? Sacravit parentem ſuum Cæſar non imperio, ſed religione: non appellavit eum, ſed fecit Deum. revocata in forum fides, ſummota è foro ſeditio, ambitio campo, diſcordia curia; ſepultæque ac ſitu obſitæ juſtitia, æquitas, induſtria civitati redditæ; acceſſit magiſtratibus auctoritas, ſenatui majeſtas, judiciis gravitas; compreſſa theatralis ſeditio; recte faciendi omnibus aut incuſſa voluntas, aut impoſita neceſſitas. honorantur recta, prava puniuntur, ſuſpicit potentem humilis, non timet. antecedit, non contemnit humiliorem potens. quando annona moderatior? quando pax lætior? Diffuſa in Orientis Occidentiſque tractus, & quidquid meridiano aut ſeptentrione finitur, pax Auguſta per omnes terrarum orbis angulos à latrociniorum metu ſervat immunes. Fortuita non civium tantummodo, ſed urbium damna Principis munificentia vindicat. Reſtitutæ urbes Aſiæ: vindicatæ ab injuriis magiſtratuum provinciæ: honor dignis paratiſſimus: pœna in malos ſera, ſed aliqua. ſuperatur æquitate gratia, ambitio virtute. nam facere recte cives ſuos Princeps optimus faciendo docet; cumque ſit imperio maximus, exemplo major eſt.

CAP. CXXVII. Raro eminentes viri non magnis adjutoribus ad gubernandam fortunam ſuam uſi ſunt; ut duo Scipiones duobus Læliis,

quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

quos per omnia æquaverunt ſibi; ut Divus Auguſtus M. Agrippa, & maxime ab eo, Statilio Tauro. quibus novitas familiæ haud obſtitit, quo minus ad multiplices conſulatus triumphoſque, & complura eniterentur ſacerdotia. etenim magna negotia magnis adjutoribus egent. Neque in parvo paucitas miniſteria defecit: intereſtque reip. quod uſu neceſſarium, & dignitati eminere; utilitatemque auctoritate muniri. Sub his exemplis Tiberius Cæſar Seianum Ælium, principe equeſtris ordinis patre natum, materno vero genere clariſſimas vetereſque & inſignes honoribus complexum familias, habentem conſulares fratres, conſobrinos, avunculum, ipſum vero laboris ac fidei capaciſſimum, ſufficiente etiam vigori animi compage corporis, ſingularem principalium onerum adjutorem in omnia habuit atque habet: virum ſeveritatis lætiſſimæ, hilaritatis priſcæ, actu otioſis ſimillimum, nihil ſibi vindicantem, eoque aſſequentem omnia, ſemperque infra aliorum æſtimationes ſe metientem, vultu vitaque tranquillum, animo exſomnem.

CAP. CXXVIII. In hujus virtutum æſtimationem jampridem judicia civitatis cum judiciis Principis certant, neque novus hic mos ſenatus populique Ro. eſt, putandi, quod optimum ſit, eſſe nobiliſſimum. nam & illi antiqui, ante primum bellum Punicum, abhinc annos CCC, Ti. Coruncanium, hominem novum, cum aliis omnibus honoribus, tum pontificatu etiam maximo, ad principale extulere faſtigium; & equeſtri loco natum Sp. Carvilium, & mox M. Catonem, novum etiam Tuſculo urbis inquilinum, Mummiumque Achaicum in conſulatus, cenſuras, & triumphos provexere. &, qui C. Marium, ignotæ originis, uſque ad ſextum conſulatum

tum ſine dubitatione Romani nominis habuere principem; &, qui M. Tullio tantum tribuere, ut pæne adſentatione ſua, quibus vellet, principatus conciliaret; quique nihil Aſinio Pollioni negaverunt, quod nobiliſſimis ſummo cum ſudore conſequendum foret; profecto hoc ſenſerunt, in cujuſcumque animo virtus ineſſet, ei plurimum eſſe tribuendum. Hæc naturalis exempli imitatio ad experiendum Seianum, Cæſarem; ad juvanda vero onera Principis, Seianum protulit; ſenatumque & pop. Rom. eo produxit, ut quod uſu optimum intelligit, id in tutelam ſecuritatis ſuæ libenter advocet.

CAP. CXXIX. Sed, propoſita quaſi univerſa principatus Ti. Cæſaris forma, ſingula recenſeamus. Qua ille prudentia Rhaſcupolim, interemtorem fratris ſui filii Cotyis, conſortiſque ejuſdem imperii, evocavit; ſingulari in eo negotio uſus opera Flacci Pomponii, conſularis viri, nati ad omnia, quæ recte facienda ſunt, ſimplicique virtute merentis ſemper, quam captantis gloriam. Cum quanta gravitate, ut ſenator & judex, non ut princeps, & cauſſas preſſius audit? quam celeriter [Libonem] ingratum & nova molientem oppreſſit? Quibus præceptis inſtructum Germanicum ſuum, imbutumque rudimentis militiæ ſecum actæ, domitorem recepit Germaniæ? Quibus juventam ejus exaggeravit honoribus, reſpondente cultu triumphi rerum, quas geſſerat, magnitudini? Quotiens populum congiariis honoravit, ſenatorumque cenſum, cum id ſenatu auctore facere potuit, quam libenter explevit, ut neque luxuriam invitaret, neque honeſtam paupertatem pateretur dignitate deſtitui? Quanto cum honore Germanicum ſuum in tranſmarinas miſit provincias? Qua vi, conſiliorum ſuorum miniſtro & adjutore uſus Druſo filio ſuo, Marobo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

boduum inhærentem occupati regni finibus, pace majeſtatis ejus dixerim, velut ſerpentem abſtruſam terræ, ſalubribus conſiliorum ſuorum medicamentis coëgit egredi? quam illum & honorate, nec ſecure continet? Quantæ molis bellum, principe Galliarum ciente Sacroviro, Floroque Julio, mira celeritate ac virtute compreſſit, ut ante populus Rom. viciſſe ſe quam bellare cognoſceret; nuntioſque periculi victoriæ præcederet nuntius. Magni etiam terroris bellum Africum, & quotidiano auctu majus, auſpiciis conſiliiſque ejus brevi ſepultum eſt.

Cap. CXXX. Quanta ſuo ſuorumque nomine exſtruxit opera? Quam pia munificentia ſuperque humanam evecta fidem templum patri molitur? Quam magnifico animi temperamento Cn. quoque Pompeii munera abſumta igni reſtituit? qui, quidquid umquam claritudine eminuit, id veluti cognatum cenſet tuendum. Qua liberalitate cum alias, tum proxime incenſo monte Cœlio, omnis ordinis hominum jacturæ, patrimonio ſuccurrit ſuo? Quanta cum quiete hominum, rem perpetui præcipuique timoris, ſupplementum, ſine trepidatione dilectus, providet? Si aut natura patitur, aut mediocritas recipit hominum apud aures Deorum de his queri; quid hic meruit? primum, ut ſcelerata Druſus Libo iniret conſilia; deinde, ut Silius & Piſo; quorum alterius dignitatem conſtituit, auxit alterius? Ut ad majora tranſcendam, quamquam & hæc ille duxit maxima; quid, ut juvenes amitteret filios? quid, ut nepotem ex Druſo ſuo? Dolenda adhuc retulimus: veniendum ad erubeſcenda eſt. Quantis hoc triennium, M. Vinici, doloribus laceravit animum ejus? quamdiu abſtruſo, quod miſerrimum eſt, pectus ejus flagravit incendio? quod ex nuru, quod ex nepote do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

dolere, indignari, erubeſcere coactus eſt. Cujus temporis ægritudinem auxit amiſſa mater eminentiſſima, & per omnia Deis quam hominibus ſimilior femina; cujus potentiam nemo ſenſit, niſi aut levatione periculi aut acceſſione dignitatis. Voto finiendum volumen ſit.

CAP. CXXXI. JUPPITER Capitoline & auctor ac ſator Romani nominis, Gradive Mars, perpetuorumque cuſtos Veſta ignium, & quidquid numinum hanc Romani Imperii molem in ampliſſimum terrarum orbis faſtigium extulit, vos publica voce obteſtor atque precor, cuſtodite, ſervate, protegite hunc ſtatum, hanc pacem; eique functo longiſſima ſtatione mortali deſtinate ſucceſſores quam ſeriſſimos, ſed eos, quorum cervices tam fortiter ſuſtinendo terrarum orbis imperio ſufficiant, quam hujus ſuffeciſſe ſenſimus; conſiliaque omnium civium aut pia ***

FINIS.

RE-

RERUM ET VERBORUM
IN
PATERCULI HISTORIA
MEMORABILIUM
INDEX.

Prior numerus, Librum; poſterior Caput indicat.

A.

Acerranis data civitas. 1, 14
Achæi ex Laconica pulſi. 1, 3
Achæi quas ſedes occupaverint. ibid.
Achæi à Q. Metello Macedonico fuſi. 1, 12
Achaia in bellum inſtincta. ibid.
Achaiam Mummius in provinciam redigit. 2, 38
Actiaca victoria. 2, 84
Adulatio magna fortunæ comes. 2, 102
Ægiſthus per annos VII *regni potitur.* 1, 1
Ægiſthum Oreſtes cum Electra ſorore obtruncat. ibid.
Ægyptus à D. Auguſto facta ſtipendiaria. 2, 39
L. Æmilii Pauli laudes. 1, 9
Æmilius Sura de annis P. R. 1, 6
Æmulatio alit ingenia. 1, 17
Æolii multos locos obtinent. 1, 4
Æſchylus tragicus. 1, 16
Æſulum deducta colonia. 1, 14
Ætoliam Fulvius Nobilior ſtipendiariam facit. 2, 38
Affinitas inter Cæſarem Pompeiumque contracta nuptiis. 2, 44
Affinitas inter Antonium & Cæſarem. 2, 65
Afranius. 1, 17. 2, 48. *in Togatis clarus.* 2, 19

Aga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Agamemnon, rex regum, ab Ægiſtho occiditur. 1, 1
Agrippa. 2, 59
M. Agrippæ virtus. 2, 79
M. Agrippa claſſem exornat. ibid.
M. Agrippa inſigni corona claſſica donatur. 2, 81
M. Agrippa Leucadem expugnat, Patras capit, Corinthum occupat. 2, 84
M. Agrippa Juliam uxorem ducit. 2, 93
M. Agrippæ mors. 2, 96
M. Agrippa, Agrippæ filius, ab Auguſto adoptatus. 2, 104
M. Agrippæ, nepotis Auguſti, mira pravitas. 2, 112
Alba deducta colonia. 1, 14
Albis fl. Senonum Hermundorumque fines præterſluit. 21, 06
Alcmæon ultimus Archontum Athenienſium, 1, 8
Alcmana Lacones falſo ſibi vindicant. 1, 18
Alexander Magnus à Carano ſeptimus decimus. 1. 6
Alexander Hercule paterni generis auctore gloriabatur. ibid.
Alexander Achille generis materni auctore jure gloriatus eſt. ibid.
Alexander Magnus à Lyſippo impetravit, ut eorum equitum, qui ex ipſius turma apud Granicum flumen ceciderant, expreſſa ſimilitudine figurarum, faceret ſtatuas, & ipſius quoque iis interponeret. 1, 11
Alexandria condita. 1, 14
Alexia. 2, 47
Alſium coloni deducti. 1, 14
Altinum. 2, 76
Amneſtia decreta. 2, 58
T. Ampii & T. Labieni trib. pl. lex pro Pompeio. 2, 40
Amyntas rex. 2, 84
Andrum inſulam Iones occupant. 1, 4
Anicius. 1, 9.
Antiochus devictus. 1, 6
Antiochus Epiphanes Athenis Olympicum inchoavit. 1, 10
Antiſtius ædilitius occiditur. 2, 26
L. Antonius M. Antonii frater. 2, 74
L. Antonius conſul Italiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

liam tumultibus implet. ibid.
Peruſiam petit. ibid.
M. Antonius orator. 2, 9
Marii, Cinnaque juſſu confoſſus. 2, 22
M. Antonius C. Cæſaris in Conſulatu collega. 2, 56
M. Antonii & Dolabellæ conſulum furor. 2, 60
M. Antonius occupat HS. *ſepties millies* ibid.
M. Antonius à M. Lepido per colloquia repulſus. 2. 63
M. Antonii privigna deſponſa Octavio. 2, 65
M. Antonius L. Cæſarem avunculum proſcribit. 2. 67
M. Antonius in Italiam venit. 2, 76
M. Antonius Octaviam, ſororem Cæſaris, ducit uxorem. 2, 78
M. Antonius exſecratione populi, ſpectaculo pellitur. 2, 82
M. Antonii apud Parthos geſta. ibid.
M. Antonius Artavaſden, Armeniæ regem, catenis aureis vincit. 2, 82
M. Antonii in Cleopatram amor. ibid.
M. Antonius bellum patriæ inferre conſtituit. ibid.
Liberum patrem ſe appellari jubet. ibid.
M. Antonius militiæ claſſiſque deſertor. 2, 85
M. Antonius ſe ipſe interimit. 2, 88
Antonianorum militum in pugnando conſtantia. ibid.
Apollinis Pythii oraculum. 1, 2
Appuleius Saturninus à Mario morte multatus. 2, 12
L. Apronii virtus. 2, 116
Aquileia colonia deducitur. 1, 15
M. Aquillio pœnas capite luit Ariſtonicus. 2, 4
Archilochus & Homerus ſoli perfectiſſimi in iis operibus, quorum primi auctores fuerunt. 1, 5
Archontes eum honorem uſque ad Charopem uſurparunt. 1, 2
Archontes perpetui Athenis eſſe deſierunt. 1, 8
Archontes in X *annos Athenis creari cœpti.* ibid.
Argivus nullus Orator. 1, 18

Aricini

Aricini in civitatem recepti. 1, 14
Ariminum deducuntur coloni. ibid.
Ariſtoteles. 1, 16
Ariſtodemus, unus ex Heraclidis. 1, 2
Ariſtonicus Aſiam occupat. 2, 4
Ariſtonicus Craſſum Mucianum occidit. ibid.
Ariſtonicus à M. Perperna victus, ductuſque in triumpho. ibid.
Ariſtonicus pœnas M. Aquillio capite dat. ibid.
Ariſtonicus captus. 2, 38
Ariſtophanes comicus. 1, 16
Arminius, 2, 118
Arminius, Sigimeri filius, in Varum conjurat. ibid.
Arruntius Actius reip. reſtituitur. 2, 77
Artavaſdes, Armeniæ rex, catenis aureis ab Antonio vinctus. 2, 82
Artavaſdi regnum reſtituitur. 2, 94
Artorius C. Octavii medicus. 2, 70
Aſculani Servium prætorem Fonteiumque legatum occiderunt. 2, 15
Aſiaticum imperium ab Aſſyriis ad Medos tranſlatum. 1, 6
Aſiam L. Scipio eripuit Antiocho. 2, 38
Aſia ab Attalis poſſeſſa regibus. ibid.
Aſiam M. Perperna tributariam fecit. ibid.
L. Aſpernatis virtus. 2, 120
Aſſyrii, principes omnium gentium. 1, 6
Aſinius Pollio. 2, 36
Aſinius Pollio Julianis Partibus fidus. 2, 63
Aſinius Pollio ſpecioſas res circa Altinum aliaſque Venetiæ urbes edidit. 2, 76
Aſinius Pollio Domitium junxit Antonio. ibid.
Aſinii Pollionis factum, & dictum memorabile. 2, 86
Aſylum. 1, 8
Athenæ ſub regibus eſſe deſinunt. 1, 2
Athenæ à Sulla oppugnatæ. 2, 23
Athenienſes in Eubœa. 1, 4
Athenienſium ingenia. 1, 18
Athenienſium in Romanos fides certa. 2, 23

Athe-

Athenienſium decretum celeberrimum. 2, 58
Atia, Auguſti mater. ibid.
Atreus Olympicum ſacrum quando inſtituerit. 1, 8
Attalus rex Aſiam pop. Rom. hereditate relinquit. 2, 4
Attica fides. 2, 23
Attius tragœdus. 1, 17
Attius in Tragœdiis clarus. 2, 9
Attuarii ſubacti. 2, 105
D. Auguſtus Cicerone conſule natus. 2, 36
Auguſtus Cæſar it in Campaniam. 2. 123
Nolam petit. ibid.
exſpirat. ibid.
Aurunca deducta colonia. 1, 15
Auximum coloni miſſi. 1, 15

B.

BAlbi Cornelii facinora. 2, 51
Bathinus flumen. 2, 114
Batones Pannonum duces. 2, 110. & 114
Bella civilia finita viceſimo anno. 2, 89
Belli civilis initia. 2. 48
Belli civilis incendia. ibid.
Bellorum civilium damna. 2, 89
Bellum Africum. 2, 54. & 129
Bellum Campanum. 2, 75
Bellum Germanicum. 2, 104
Druſo Claudio delegatum. 2, 95
T. Neroni. 2, 97
Bellum Italicum. 2, 15
Bellum Jugurthinum. 2, 11
Bellum Nolanum. 2, 18
Bellum Numantinum. 2, 1
Bellum Pannonicum per Neronem geſtum. 2, 96
Bellum Pannonicum, maximum. 2, 90
Bellum ſervile. 2, 30
Bellum Thracium. 2, 98
Beneventum coloni deducti. 1, 14
Bibulus, Collega Cæſaris. 2, 44
Bithyniam Nicomedes populo R. legat. 2, 39
Bocchus Rex. 2, 12
Boiohæmum regio. 2. 89
Bononia deducta colonia. 1, 15
Britannia bis à Cæſare penetrata. 2, 47
Bructeri ſubacti. 2, 105
Brunduſium colonia deducta. 1, 14
Brutus. 2, 36
A. Bruti Gallæci præclara in

in Hiſpania militia. 2, 5
D. Bruto decretus triumphus. 2, 62
D. Brutus conſul deſignatus. 2, 58
D. Brutus jugulatur. 2, 64, & 87. Cæſaris interfector. 2, 64
M. Brutus prætor in Cæſarem conjuratus. 2, 58
M. Brutus & C. Caſſius provincias exercituſque occupant. 2, 62
M. Brutus. 2, 69. Lycios devincit. 2, 70 Caſſio melior vir. 2, 72
M. Bruti morientis ætas. ibid.
M. Brutus, à Stratone Ægeate impetrat, ut ſibi morituro commodet manum. 2, 70
Buxentum coloni mittuntur. 1, 15

C.

CÆcilius comœdus. 1, 17
Cæciliæ familiæ claritudo. 1, 11
A. Cæcinna. 2, 112
L. Cæditii virtus laudanda. 2, 120
Cæpionis cenſoria ſeveritas. 2, 10
Cæſar. 2, 36
C. Cæſar Strabo. 2, 9
C. Cæſaris conſulatus, & geſta. 2, 41
C. Cæſar Magno Alexandro ſimillimus. ibid.
C. Cæſaris lex de Campano agro plebi dividundo. 2, 44
C. Cæſar & Pompeius, oppreſſi Ciceronis ſuſpicione non caruerunt. 2, 45
C. Cæſaris in Gallia geſta clariſſima. 2, 47
C. Cæſar ad urbem. 2, 49
C. Cæſar Theſſaliam petit. 2, 52
Cæſar in Africam. 2, 55
C. Cæſaris in victos clementia. ibid.
C. Cæſar in Hiſpaniam. ibid.
C. Cæſaris in Hiſpania facinus, & virtus eximia. ibid.
C. Cæſaris in urbem reditus. 2. 56. triumphi. ibid.
C. Cæſar interemptus. ibid.
C. Cæſaris obitus præmonitiones. 2, 57
C. Cæſaris teſtamentum. 2, 58

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

C. Cæſar cum rege Parthorum coit. 2, 101
C. Cæſar ab Adduo vulneratus. 2, 102
C. Cæſaris mors. ibid.
L. Cæſaris obitus. ibid.
Ti. Cæſaris geſta. 2, 39
Ti. Cæſar in Germaniam revolat. 2, 121
Ti. Cæſar ex Pannoniis Delmatiſque triumphum agit. ibid.
Ti. Cæſar patri ſuccedere renuit. 2, 124
Ti. Cæſaris laudum enumeratio. 2, 129
Caldus Cœlius præclari facinoris auctor. 2, 120
Cales deducta colonia. 1, 14
Calidius. 2, 36
Calpurnia, uxor Antiſtii, jugulato viro, ſe ipſam gladio transfixit. 2, 26
Calpurnia Cæſaris uxor. 2, 57
Calvus. 2, 36
Campanis data eſt civitas. 1, 14
Campanæ coloniæ ſupplementum adjicitur. 2, 81
Canidius ad Antonium præcipiti fuga ſe rapit. 2, 86
Canidius moritur. 2, 87
Caninefates ſubacti. 2, 105
Canutius continua rabie lacerat Antonium. 2, 64
Capito Velleii patruus, Agrippæ ſubſcribit in C. Caſſium. 2, 69
Cappadocia facta ſtipendiaria. 2, 39
Capua conditur à Tuſcis. 1, 7
Capua in formam præfecturæ redacta. 2, 44
Caranus, ſextus decimus ab Hercule, regnum Macedoniæ occupat. 1, 6
Carbo Papirius orator. 1, 9
Carbo ſolus toto anno conſul fuit. 2, 25
C. Carbo prætorius, conſulis frater, occiditur. 2, 26
Carnuntum locus Norici Regni proximus. 2, 109
Carſeoli, deducta colonia. 1, 14
Carthago annos 65 ante Romam conditur. 1, 6
Carthaginem ſenatus ſtatuit excidere. 1, 12
Carthago à P. Scipione deleta. ibid.
Carthago in Africa prima extra Italiam colonia condita eſt. 1, 15. 2, 15
Carthaginis remoto metu, curſus

curſu præcipiti à virtute deſcitum. 2, 1
Sp. Carvilius homo novus. 2, 128
Caſſii cenſoris theatrum. 1, 15
Caſſio in demoliendo theatro eximia civitatis ſeveritas & conſul Cæpio reſtitere. 1, 15
C. Caſſius M. Craſſi quæſtor. 2, 46
C. Caſſius prætor in Cæſarem conjuratus. 2, 56
C. Caſſius Dolabellam Laodicea incluſum expugnat. 2, 69
C. Caſſius Rhodum capit. 2, 70
C. Caſſius cervicem liberto præbet. ibid. 2, 87
C. Caſſius melior Bruto dux. 2, 72
Caſſius Longinus cenſor ſeverus. 2, 10
Caſſius Parmenſis occiditur. 2, 87
Caſtrum colonis occupatum. 1, 14
Catilina urbe pulſus. 2, 34
Catilina fortiſſime dimicans, obtruncatur. 2, 34
Cato. 2, 35
Cato hiſtoricus. 1, 17
Cato Porcius conſul Italico bello occiſus. 2, 16
Catonis filii mors. 2, 71
M. Catonis ſententia de Nola & Capua condita. 1, 7
M. Cato, perpetuus diruendæ Carthaginis auctor. 1, 13
Cato repetundarum ex Macedonia damnatus. 2, 8
M. Catonis virtus. 2, 35
M. Cato ad ſpoliandum regno Ptolomæum miſſus. 2, 45
M. Cato homo novus. 2, 128
Catullus poëta. 2, 36
Q. Catuli mors. 2, 22. & 49
Q. Catuli verecundia, & auctoritas. 2, 31
Ceionii exemplum turpe. 2, 119
Cenſorini obitus. 2, 102
Cenſura Paulli & Planci. 2, 95
Cethegus aliique in carcere necatis. 2, 34
Chalcidenſes orti ab Atticis. 1, 4
Charops primus Archon decennalis. 1, 8
Chios ab Ionibus occupata. 1, 4
M. Cicero, eloquentium princeps. 1, 17
M. Ciceronis laudes, & in conjuratos geſta. 2, 34
M. Cicero patriæ reſtitutus. 2, 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

M. Ciceronis domus. 2, 14. *à ſenatu reſtituta.* 2, 45
M. Cicero continuis actionibus Antonii memoriæ inuſſit notas. 2, 64
M. Ciceronis mors. 2, 66
Ciliciam perdomuit Numidicus. 2, 39
Cimbri, Teutonique Rhenum tranſcendunt. 2, 8
Cimbrorum in Romanos geſta. 2, 12
Cinna neque Mario, nec Sulpicio temperatior. 2, 20
Cinnæ conſulatus à ſenatu abrogatus. ibid.
Cinna ab exercitu, qui circa Nolam erat, receptus, Patriæ bellum infert, Mariumque cum filio ab exſilio revocat. ibid.
Cinna, ſeditione orta, ab exercitu eſt interemtus. 2, 24
Circenſes ludi. 2, 27
Civitas quo pacto Italiæ data. 2, 15
Claudius conſul primus in Siciliam transjecit exercitum. 2, 38
Ti. Claudius Nero bellum Campanum ciet. 2, 75
Ti. Claudii Neronis laudes. 2, 94
Ti. Claudius Nero cum Druſo Claudio fratre Rætos Vindelicoſque aggreditur. 2, 95
Ti. Claud. Nero triumphat. ibid.
Ti. Claud. Nero Germanos domat. 2, 98
Clazomenæ, ab Ionibus conditæ. 1, 4
Cleopatræ fuga. 2, 85
Cleopatra, adhibita aſpide, morſis ejus ſpiritum reddit. 2, 87
P. Clodii lex. 2, 45
P. Clodii de M. Catone lex. ibid.
P. Clodius à Milone jugulatur. 2, 47
Cremona deducta colonia. 1, 14
Codrus, Melanthi filius, ultimus rex Athenarum. 1, 2
Codrus interemptus. ibid.
Cœlius orator. 2, 36
Cœlius hiſtoricus. 2, 9
M. Cœlii acta. 2, 68
Coloniarum enumeratio. 1, 14. & 15
Colophon, ab Ionibus condita. 1, 4
Compſa à Milone oppugnatur. 2, 68
Conjurati Capitolium occupant. 2, 58

Coponii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Coponii dictum in Plancum. 2, 83
Corſinium. 2, 16
Corſinio Cæſar potitur. 2, 50
Corinthus ab Homero nominatur. 1, 3
Corinthus, antea Ephyre, ab Halete, ſexto ab Hercule conditur. ibid.
Corinthus everſa. 1, 13
Corinthus occupata. 2, 84
Cornelia Africani filia, Gracchorum mater. 2, 7
L. Cornelius Merula, flamen Dialis, in locum Cinnæ conſul ſuffectus. 2, 20. interficitur juſſu Cinnæ. 2, 22
Cornelius Rufinus, bello Pyrrhi dux celeberrimus. 2, 17
L. Cornelius Sulla conſul. ibid.
Cornificius, Octavii legatus. 2, 79
Corvinus orator. 2, 36
T. Coruncanius, pon. max. homo novus. 2, 128
Coſſam coloni miſſi. 1, 14
Coſſi virtus. 2, 116
Cotta, judicandi munus æqualiter inter ſenatum & equites partitus eſt. 2, 32
Craſſus Mucianus juris ſcientiſſimus. 2, 4
L. Craſſus orator. 2, 9
M. Craſſus ſervile bellum repreſſit. 2, 31
M. Craſſo Syria decreta. 2, 16
M. Craſſus à Parthis interemptus. ibid.
P. Craſſus orator. 1, 17
Cratinus comicus. 1, 16
Creon primus Archon annuus. 1, 8
Creta in pop. Rom. poteſtatem redacta. 2, 34
Creta longiſſimæ libertatis fine multata. 2, 38
Creſphontes, unus ex Heraclidis. 1, 2
Criſpus Marcius. 2, 69
Cumæ in Italia à Chalcidenſibus conditæ. 1, 4
Cumarum & Neapolis in Romanos eximia fides. ibid.
Cumanos ritus Oſca mutavit vicinia. ibid.
C. Curio trib. pl. bello civili facem ſubjecit. 2, 48
Cymon Æolii condunt. 1, 4
Cyprus devicta. 2, 38

D.

DAmaſippus Domitium Scævolam, C. Carbonem

nem & Antiſtium trucidat. 2, 26
Daoriſi Delmatæ. 2, 115
Delos occupata ab Ionibus. 1, 4
Deitona. 1, 15
Deſitiates Delmatæ. 2, 115
Dianæ ſacrata regio, in qua mons Tifata. 2, 25. *Grates ei agit, poſt victoriam, Sulla.* ibid.
Diphilus comicus. 1, 16
Diverſitas morum & ſtudiorum inter P. Scipionem, & L. Mummium. 1, 13
Dolabella conſul. 2, 58
Dolabella C. Trebonium occidit. 2, 69
Dolabella ad ictum ſervi cervicem præbet. ibid.
Dolabella vir ſimplicitatis generoſiſſimæ. 2, 126
Domitiæ familiæ felicitas. 2, 11
Domitii ex Arvernis victoria. 2, 10
C. Domitii lex de ſacerdotum creatione. 2, 12
C. Domitius occupatis navibus fugit. 2, 72
Domitius Calvinus Vibillium primipili centurionem, ob turpem ex acie fugam, fuſte percutit. 2, 78
Domitius Scævola trucidatur. 2, 26
Domus Ciceronis. 2, 14. *à ſenatu reſtituta.* 2, 45
Druſi Claudii virtus. 2, 97. *mors.* ibid.
Druſus Livius, Juliæ Auguſtæ pater, ſe ipſe interemit. 2, 71

E.

Eggii clarum exemplum. 2, 119
Egnatius Rufus interimere Auguſtum ſtatuit. 2, 90
Eliſſa Tyria, quam quidam Dido autumant. 1, 6
Enumeratio eminentium ingeniorum. 2, 36
Epheſus ab Ionibus condita. 1, 4
Ephyram in Theſprotia Philippus occupat. 1, 1
Ephyre antea Corinthus. ibid.
Epirum Pyrrhus occupat. ibid.
Eporædia colonia deducta. 1, 15
Erethria ab Athenienſibus in Eubœa occupatur. 1, 4
Erythra ab Ionibus condita. ibid.

Eryx,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Eryx, ultimus Archon decennalis. 1, 8
Eumenes rex. 1, 9
Eupolis comicus. 1, 16
Euporus ſervus C. Gracchum dominum prius, ſe deinde interimit. 2, 6
Euripides tragicus. 1, 16

F.

Fabius Æmilianus diſciplinæ in Hiſpania clariſſimus. 1, 6
Fabii ex Allobrogibus victoria. 2, 10
Fabrateria deducta colonia. 1, 15
Fannius. 1, 17
C. Fannius orator. 2, 9
Firmum colonis occupatur. 1, 14
C. Flavius Fimbria ſe ipſum interimit. 2, 24
Formiani in civitatem recepti. 1, 14
Fregella deducta colonia. ibid.
Fregellæ à L. Opinio exciſæ. 2, 6
Fulvia, Antonii uxor, omnia armis miſcet. 2, 74. *Præneſte capit.* ibid.
Fulvia Italia excedit. ib.
Fulvii Flacci aſpera cenſura. 1, 10
Cn. Fulvius, cenſoris frater, à fratre ſenatu motus. ibid.
Fulvius Flaccus cum filio à L. Opimio interemptus. 2, 7
Fulvii Flacci, qui Capuam ceperat, filiorum exemplum clariſſimum. 2, 8
Fundani in civitatem recepti. 1, 14

G.

A. Gabinii trib. pl. lex, ut Pompeius ad piratas compeſcendos proficiſceretur. 2, 31
Gades à Tyria claſſe conditæ. 1, 2
Ser. Galba. 1, 17
Gallias Domitius Fabius primum cum exercitu intravit. 2, 39
Galliæ C. Cæſaris auſpiciis infractæ. ibid.
Galliæ Cæſari in quinquennium decretæ. 2, 44
Galliæ Cæſari prorogatæ. 2, 46
Gallogræciam perdomuit Vulſo Manlius. 2, 29
Gentes multæ à Pompeio devictæ. 2, 40
Gentius Illyriorum rex in triumpho ductus. 1, 9

Germania rebellat. 2, 100
Germanici virtus. 2, 116
Germanicus pleraque ignave geſſerat. 2, 125
Germani militis Cæſaris videndi cupido. 2, 107
Germanus ſervus, ad interficiendum Marium miſſus, ut eum agnovit, profugit è carcere. 2, 19
Gracchi. 1, 17
Gracchi oratores. 2, 9
C. Gracchi furor. 2, 6
Gracchus colonias extra Italiam poſuerat. 2, 15
Tib. Gracchi laus, & vituperatio. 2, 2
Græcia concuſſa maximis motibus. 1, 3
Graviſca colonia deducitur. 1, 15

H.

HAletes, Hippotis filius. 1, 3
Hercinia ſilva. 2, 109
Hercules in Olympicis victor. 1, 8
Hermione Oreſti pacta. 1, 1
Heſiodus, 120 annos diſtinctus ab Homeri ætate, quando claruerit. 1, 7
Hiſpania univerſa facta ſtipendiaria. 2, 38
Hiſpaniæ, Cn. Pompeio decretæ. 2, 48
Homerus quando floruerit. 1, 5
Homeri laus. ibid.
Homerus, & Archilochus, ſoli perfectiſſimi in iis operibus, quorum primi auctores fuere. ibid.
Homerus non cæcus genitus. ibid.
Q. Hortenſius de Minatii Magii virtutibus in Annalibus retulit. 2, 16
Q. Hortenſius orator. 2, 36
Q. Hortenſii mors. 2, 49
Hortenſius, Hortenſii oratoris filius, obtruncatur. 2, 71
Hoſtilius Mancinus male pugnat. 2, 1

I.

JAnus Geminus quoties certæ pacis argumentum clauſus dederit. 2, 38
Illyrium Dalmatiaque à Ti. Cæſare devictæ. 2, 39
Initium in urbe Roma civilis ſanguinis, gladiorumque impunitatis. 2, 3
Interamna. 1, 14

In-

Invidia, eminentis fortunæ comes. 1, 9
Iones, duce Ione, regionem occupant, Ioniamque appellant. 1, 4
Ionia. ibid.
Iphitus Elius, Olympiorum certamen, mercatumque inſtituit ante M. Vinicium conſulem anno DCCCCIV. 1, 8
Iſocrates. 1, 16
Italicum bellum. 2, 15 & ſeqq.
Italici belli Imperatores clari qui. ibid.
Italicorum duces. ibid.
Juba Cn. Pompeio favebat. 2, 53
Iugurtha ſub Africano militavit. 2, 11
Jugurthinum bellum. ib.
Julia flumen. 2, 105
Julia, Pompeii Magni uxor, decedit. 2, 47
Julia M. Marcelli primum, M. deinde Agrippæ uxor. 2. 98
Julia Neroni nubit. 2, 96
Juliæ luxuria. 2, 100
Juliæ mœchi pœnas pendent. ibid.
Julia in inſulam relegata. 2, 100
Julius Florus Galliarum princeps. 2, 129
Q. Julii Poſtumi celebris opera. 2, 116
Junii Blæſi laudes. 2, 125
Jurgia inter Pompeium & Lucullum. 2, 33
Juventius Lateranenſis ſe ipſe gladio transfixit. 2, 65

L.

Labienus transmarinas provincias magnis momentis concutit. 2, 78. *occiditur à Ventidio.* ibid.
Lacedæmonii in Aſia. 1, 4
Lacedæmonius nullus orator. 1, 18
Lælius. 1, 17
Lælius orator. 2, 9
P. Lænas trib. pl. Sex. Lucilium ſaxo Tarpeio dejicit. 2, 24
Langobardi fracti. 2, 106
Lariſſa, ab Æoliis condita. 1, 4
Laſthenes, & Panares, duces Cretenſium. 2, 34
Latinus, Romuli avus. 1, 8
Lebedus ab Ionibus condita. 1, 4
Lentulus & Marcellus conſules. 2, 49
Lentulus necatus in carcere. 2, 34

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Lepidus Ælius Augur, quod ſex millibus ædes conduxiſſet, adeſſe juſſus. 2, 10
M. Lepidus pont. max. 2, 63
M. Lepidus à ſenatu hoſtis judicatus. ibid.
M. Lepidus Paullum fratrem proſcribit. 2, 67
M. Lepidus, vaniſſimus omnium vir. 2, 80. *Cæſari denunciat, ut Sicilia excedat.* ibid.
M. Lepidus Octavii genibus advolutus. ibid.
M. Lepidus, Lepidi triumviri filius, Auguſti interficiendi conſilium capit. 2. 88. *opprimitur à Mæcenate.* ibid.
M. Lepidus à Ti. Nerone copiis omnibus præfectus. 2, 114
Lesbos inſula. 1, 2
Leucas expugnata. 2, 84
Lex Licinia. 2, 6
Lex Pædia adverſus Cæſaris interfectores. 2. 69
Lex Valeria turpiſſima. 2, 23
Libo ingratus, à Ti. Cæſare oppreſſus. 2, 129
A. Licinius Nerva Silianus. 2, 116
Livia, Druſi Claudiani filia, Auguſti conjux. 2, 75
Livia cum viro Nerone in Siciliam pervehitur. ibid.
Livius hiſtoricus. 1, 17. 2, 36
M. Livius Druſus tribunus pl. non bona fortuna uſus. 2. 13. *interficitur.* 2, 14
M. Livii Druſi noviſſima vox. ibid. *mores.* ibid.
M. Livii Druſi domus, poſtea Ciceronis, mox Cenſorini, deinde Statilii Siſennæ. ibid.
M. Lollii legati exercituſque in Germania clades. 2, 97
M. Lollius pecuniæ cupidior, quam recte faciendi. ibid.
M. Lollii crimen, & mors. 2, 102
Luca colonia deducitur. 1. 15
Luceria deducta colonia. 1, 14
Lucilius poëta. 2, 9
Lucretius poëta. 2, 36
Lucretius Offella Præneſtis ac Marii oppugnationi profuerat. 2, 27

L. Lucullus. 2, 40
Lucullus, Luculli filius, occiditur. 2, 71
Lucullus Mithridatem multis locis fundit. 2, 33
Zyzicum liberat. ibid.
Tigranem vincit. ibid.
L. Lucullus profuſæ in ædificiis convictibuſque & apparatibus luxuriæ primus auctor. ibid.
L. Lucullus Xerxes togatus cur à Pompeio dictus. ibid.
M. Lucullus circa Fidentiam hoſtes Sullæ fundit. 2, 28
Lucullorum duorum mors. 2, 49
Ludi Circenſes. 2, 27
Ludi ſcenici à Circenſibus differunt. 2, 40
Q. Lutatius Catulus proconſul. 2, 12
Lycia, ſeu Lymira urbs. 2, 102
Lycurgus Lacedæmonius claret. 1, 6
Lydus & Tyrrhenus fratres regnant in Lydia. 1, 1
Lydus & Tyrrhenus fratres, ſterilitate frugum compulſi, ſortiuntur, uter cum parte multitudinis patria decedat. ibid.
Lyſippus ſtatuarius præſtantiſſimus. 1, 11

M.

Macedones, orbis domitores. 1, 6
Macedoniam Paullus Provinciam fecit. 2, 38
Macedonia armis exteris occupatur. 2, 110
Q. Macedonici ſeverum ad Contrebiam imperium. 2, 5
Macedonici in Peruſia facinus. 2, 74
C. Mæcenas urbis cuſtodiis præpoſitus. 2, 88
M. Lepidum juvenem opprimit. ibid.
Magius Celer Velleianus, Velleii frater. 2, 119
Magneſiam Lacedemonii in Aſia occupant. 1, 4
Mancinus Hoſtilius in Numantinos. 2, 1
Mancinum verecundia impunitum habuit. ibid.
Mancini fœdus turpiſſimum. 2, 1. & 90
Manilii trib. pl. lex, ut bellum Mithridaticum per Cn. Pompeium adminiſtraretur. 2, 33
Marcellus Siciliam fecit provinciam. 2, 38

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

M. Marcelli mors. 2, 93
Marcomanni. 2, 108
C. Marius ſub Africano miles factus. 2, 9
Q. Metelli legatus. 2. 11
Marius deſcribitur. ibid.
Marius primum conſul creatus. ibid.
Marius iterum conſul Iugurtham in triumpho duxit. ibid.
Marius tertium conſul in Cimbros. ibid.
Marii, quartum conſulis, cum Teutonis conflictus. 2, 12
Marii, quintum conſulis, fortunatiſſimum prœlium. ibid.
Marius, ſextum conſul, Servilii Glauciæ Saturninique Appuleii furorem armis compeſcuit. ibid.
Marius ſeptimum conſul cum Cinna. 2, 23
ejus mors. ibid.
Marius urbe à Sulla pulſus. 2, 19
Marius in carcerem ductus. ibid.
Marius à civibus impoſitus in navem in Africam curſum dirigit. ib.
Marius urbis mœnia ingreditur. 2, 22
Marius Marii filius conſul anno ætatis 26. 2, 26
à Sulla acie pulſus. ibid.
interemptus. ibid.
Maroboduus Marcomannorum dux. 2, 108
Maroboduus Vari caput ad Cæſarem mittit. 2, 119
Martia & Quarta legiones ad Octavium ſe conferunt. 2, 61
Marullus Epidius, Flaviuſque Cæſetius, trib. pl. in C. Octavio voluntatem regni arguebant. 2, 68
Maſſiliam Cæſar proficiſcitur. 2, 50
Medi rerum potiuntur. 1, 6
Medon, Codri filius, primus Athenis Archon. 1, 2
Medontis poſteri, Medontidæ dicti. ibid.
Megara à Peloponneſiis condita. ibid.
Menander comicus. 2, 16
Menas, claſſis Pompeianæ præfectus. 2, 73
Menecrates, claſſis Pompeianæ præfectus. ibid.
Meſſala Corvinus ſervatur Cæſaris beneficio. 2, 71
Meſſalini opus egregium 2, 112

Metelli fratres uno die triumpharunt. 2, 8
Q. Metelli, qui Iugurthinum bellum geſſit, laus. 2, 11
Q. Metellus Cretam in populi Rom. poteſtatem redigit. 2, 34
Metellus Creticus. 2, 40
Q. Metellus Macedonicus Pſeudophilippum vicit, Achæoſque fudit. 1, 11
Q. Metellus Macedonicus vel magnificentiæ Romanæ vel luxuriæ princeps. ibid.
Q. Metelli Macedonici ſingularis felicitas. ib.
Metellus Numidicus orator. 2, 9
Q. Metelli Numidici triumphus. 2, 11
Q. Metellus Numidicus à L. Saturnino civitate expulſus. 2, 15
Q. Metellus Pius Italici belli Imperator. ibid.
Metellus Pius apud Faventiam Sullæ hoſtes vicit. 2, 28
Metellus & Pompeius ex Hiſpanis triumpharunt. 2, 30
Metelli mors. 2, 49
Miletus, ab Ionibus condita. 1, 4
Milo Annius à Pompeio damnatus, abſolutus à M. Catone. 2, 47
Milo lapide ictus periit. 2, 68
Minatii Magii laudes, & geſta. 2, 16
Minervium deducta colonia. 1, 15
Minturnas coloni miſſi. 1, 14
Minucii triumphus. 2, 8
Mithridatis odium in Romanos. 2, 18
Mithridates Pharnacis filii inſidiis oppreſſus. 2, 40
Mitylene ab Æoliis condita. 1, 4
Mitylenæorum perfidia. 2, 18
Mucius juris ſcientia clarus. 2, 9
L. Mummius Achaïco bello gerendo deſtinatus. 1, 12
L. Mummius Achaïcus dictus. ibid.
L. Mummius Achaïcus homo novus. ibid.
L. Mummius rudis. ibid.
L. Muræna & Fannius Cæpio occidendi Augusti conſilia ineunt. 2, 91
Myus ab Ionibus condita. ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Mycenas Agamemnon in Creta ſtatuit. 1, 1
Myrinam condunt Æolii. 1, 4

N.

NArbo Marcius, colonia in Gallia deducta. 1, 15
Nauportum. 2, 110
Neapolis à Chalcidenſibus condita. 1, 4
Neapolis, & Cumarum in Romanos fides eximia. ibid.
Naſo poëta. 2, 36
Neapolitani Cæſaris Auguſti honori athletarum certamen ſacraverunt. 2, 123
Nepe colonia deducta. 1, 14
Neptunia colonia. 1, 15
Nero Claudius patriæ redditur. 2, 77
Ti. Nero Rhodum proficiſcitur, ibique ſeptem annos moratur. 2, 99
Ti. Nero Romam revertitur. 2, 102
Ti. Nero adoptatur à Cæſare Auguſto. 2, 103
Ti. Nero in Germaniam mittitur. 2, 104
Ti. Nero bello Pannonico deſignatus. 2, 111
Ti. Neronis mirus erga milites amor & cura. 2, 114
Nicomedes Bithyniam pop. Rom. legavit. 2, 4
Ninus rex Aſſyriorum. 1, 7
Nola condita à Tuſcis. ib.
Nolanum bellum. 2, 18
Noricos Ti. Cæſar devicit. 2, 39
Novi homines ad celſiores dignitatis gradus evecti. 2, 128
Numantia à Scipione deleta. 2, 4
Numantinum bellum. 2, 9

O.

Cn. OCTavius Perſeo, ut ſe Romanorum fidei committeret, perſuaſit. 1, 9
C. Octavius Macedoniam ſortitur. 2, 59
C. Octavii laudes. ibid.
C. Octavius à C. Cæſare adoptatus. ibid.
C. Octavius equeſtri familia genitus. ibid.
C. Octavii, Romam intrantis, Solis orbis ſuper caput curvatus æqualiter, rotundatuſque in colorem arcus, veluti coronam

ronam tanti mox viri capiti imponens, conſpectus eſt. ibid.
C. Octavio ſtatua equeſtris à ſenatu poſita. 2, 61
C. Octavii circa Mutinam virtus. ibid.
C. Octavius Conſul. 2, 65
C. Octavii dictum de proſcriptis. 2, 67
C. Octavii in Illyrico, Dalmatiaque, expeditiones. 2, 78
C. Octavius Pompeio, Siciliaque, bellum infert. 2, 79
claſſis majori parte vi ventorum privatur. ib.
C. Octavius cum Pompeio claſſe concurrit. ibid.
C. Octavii fortiſſimum factum. 2, 80
C. Octavius ad urbem revertitur. 2, 81
C. Octavius Antonium claſſe vincit. 2, 85
C. Octavii erga victos clementia. ibid.
C. Octavii ad urbem reditus, civiumque erga eum favor. 2, 19
C. Octavius, & Antonius cum M. Bruto Caſſioque acie concurrunt. 2, 70
Octavius conſul juſſu Cinnæ interfectus. 2, 22
Olympici certaminis initium. 1, 8
Opimianum vinum celeberrimum ab Opimio dictum. 2, 7
L. Opimius C. Gracchum & Fulvium Flaccum morte afficit. 2, 6
L. Opimius damnatus. 2, 7
Oratorem Argos, Thebæ, Sparta, nullum habuere. 1, 18
Oratores clari. 2, 9
Ordinatio comitiorum à D. Auguſto relicta. 2, 124
Oreſtis, & Electræ factum à diis comprobatum. 1, 1
annis XC. vixit. ibid.
Ægiſthum, cum Electra ſorore, obtruncat. ibid. annis LXX regnavit. ibid. ſe à Pyrrho virtute vindicavit. ibid.
Oreſtes Pyrrhum Delphis interfecit. ibid.
Oreſtis liberi ab Heraclidis excluſi. 1, 2
Oreſtis liberi circa Lesbum ſedem cepere. ibid.
Orodos Parthorum rex. 2, 46
Oſci. 1, 4
Otho Roſcius lege ſua equi-

quitibus in theatro loca reſtituit. 1, 32

P.

PAcorus, Parthorum regis filius, interimitur. 2, 78
Pacuvius in Tragœdiis clarus. 2, 9
Pæſtum coloni mittuntur. 1, 14
Panares, & Laſthenes, Cretenſium duces. 2, 34
Pannoniam Tib. Cæſar imperio addidit. 2, 39
Pannonia Dalmatiaque arma in Romanos corripiunt. 2, 110
Pannonia pacem petit. 2, 114
Panſa Hirtiuſque Cæſari prædixerant, ut principatum, armis quæſitum, armis teneret. 2, 57
Panſæ atque Hirtii mors. 2, 62
Parthi Armeniæ manum admovent. 2, 100
Parthorum legati ad Sullam. 2, 24
Parthorum rex Auguſto Romana ſigna remittit. 2, 91
obſides filios mittit. 2, 94
Paſſieni virtus. 2. 116
Patræ captæ. 2, 84
Patres à Romulo electi. 1, 8
Patricii à Patribus dicti. ibid.
Paullus ad Cannas cæſus. 1, 9
Paulli triumphus. ibid.
L. Paulli filii quatuor. 1, 10
L. Paulli egregia vox. ib.
L. Paulli filii moriuntur. ibid.
Pax circa Brunduſium inter Antonium, & Auguſtum. 2, 76
Pax circa Miſenum cum Pompeio inita. 2, 77
Pedia lex adverſus Cæſaris interfectores. 2, 69
Q. Pedius C. Octavii in conſulatu collega. 2, 65
Pelaſgi Athenas commigravere. 1, 3
Pelopis progenies, pulſis Heraclidis; Peloponneſi imperium obtinebat. 1, 2. *ab Herculis progenie expellitur.* ibid.
Penthelus, & Tiſamenus, Oreſtes filii, poſt patrem regnavere triennio. 1, 1
Pergamum Agamemnon in Creta ſtatuit. ibid.
M. Perperna triumphat de *Ari-*

Ariſtonico. 2,4. Sertorium interimit. 2, 30
Perſæ orbi terrarum imperant. 1, 6
Perſeus à Paullo victus. 1, 9
Perſeus in triumpho ductus à Paullo. ibid.
Perſeus in libera cuſtodia Albæ deceſſit. 1, 11
Peruſia ab Octavio expugnatur. 2, 74
Petreius, 2, 48
Pharnaces Medus Sardanapalum interimit. 1,6
Pharnaces à Cæſare victus. 2, 55
Pharſalica acies. 2, 52
Pharum inſulam occupant Iones. 1,4
Philemon comicus. 1, 16
Philippus devictus. 1, 6
Phocæa ab Ionibus condita. 1, 4
Phrahates Parthorum rex. 2, 91
Picenum coloni miſſi. 1, 15
Pindari os Thebas illuminavit. 1, 18
Pinetes Pannonum dux. 2, 110, & 114
Piſaurum coloni miſſi. 1, 15
L. Piſo bellum in Thracia ortum comprimit. 2,98
Placentiam coloni miſſi. 1, 14
Planci inconſtantia. 2, 63
Plancus impetrat, ut Plancus Plotius frater ejus proſcriberetur. 2, 67
Plancus Fulviam fugientem comitatur. 2, 67
Planci vitia, fugaque ad Octavium. 2, 73
Plato. 1, 16
Plautius Silvanus. 2, 112
Pompeiorum familiæ quot. 2, 21
C. Pompeii patris bello Marſico præclara opera. ibid
Aſculum capit. ibid.
cum Cinna confligit. ib.
obit. ibid.
Cn. Pompeii juvenis præclara geſta, & laudes. 2, 29
Cn. Pompeius prædonibus orbem liberat. 2, 32
Cn. Pompeius gloriæ cupidiſſimus. ibid.
Cn. Pompeii de Lucullo dictum. ibid.
Cn. Pompeii adverſus Mithridatem victoria. 2, 37
Cn. Pompeii victoria. ib.
Cn. Pompeius omnium gentium, quas adierat, victor. 2, 39
Cn. Pompeii inſignes triumphi. ibid.

Cn. Pom-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Cn. Pompeius & M. Craſſus conſules. 2, 46
Cn. Pompeius tertium conſul ſolus. 2, 47
à Cæſare maxime alienatus. ibid.
Cn. Pompeius Dyrrhachium tranſmiſit. 2, 49
Cn. Pompeius in Pharſalia victus. 2, 52
Cn. Pompeius jugulatur. 2, 53
Cn. Pompeius, Cn. Pompeii filius, vulneribus confectus. 2, 56
Cn. Pompeii filius parvus, Julia natus, obiit. 2, 47
Q. Pompeius conſul. 2, 17
Q. Pompeii ſœdus turpe. 2, 90
Sex. Pompeius deſcribitur. 2, 72
Sex. Pompeius Siciliam occupat. ibid.
Sex. Pompeii cum Cæſare & Antonio pax. 2, 77
Sex. Pompeii dictum. ib.
Sex. Pompeius omnibus, qui ad eum fugerant, reditum ſalutemque in pace paciſcitur. ibid.
Sex. Pompeius à Titio jugulatur. 2, 79, & 87
Pompeium primum è Pompeiis conſulem, magni nominis virum, ad turpiſſima fœdera Numantini deduxere. 2, 1
Pompeium gratia impunitum habuit. ibid.
Pompeius Mitylenæis libertatem reſtituit, in unius Theophanis gratiam. 2, 18
Pompeius, collega Sullæ, ſeditione interfectus. 2, 21
Pompeius curru urbem triumpho invectus. 2, 30
Pompeius tribuniciam poteſtatem reſtituit. ibid.
Pomponii ſingularis in Gracchum fides. 2, 6
Pomponii Comici laudes. 2, 9
Pomponius Flaccus, vir ad omnia recta natus. 2, 129
Pontius Teleſinus, Samnitium dux. 2, 27
Pontus Syriaque Cn. Pompeii virtutis monumenta. 2, 38
Popillium Rutiliumque, qui conſules aſperrime in Ti. Gracchi amicos ſævierant, poſtea judiciorum publicorum merito oppreſſit invidia. 2, 7
M. Po-

M. Popillius Lænas mittitur legatus ad Antiochum Epiphanem. 1, 10
Poſtumii Albini aſpera cenſura. ibid.
Potentia colonia deducta. 1, 15
Priene ab Ionibus condita. 1, 4
Princeps optimus, faciendo docet recte facere cives ſuos. 2, 126
Proſcriptio triumviralis, 2, 66
Proſcripti ad Sex. Pompeium confluunt. 2, 72
Pſeudophilippus à Q. Met. Macedonico ſuperatus. 1, 11
Ptolemæus Syriæ rex ab Antiocho Alexandriæ obſeſſus. 1, 10
Ptolomæus Cypri rex, ſub adventum Catonis, vitæ ſuæ vim intulit. 2, 45
Ptolemæi in Pompeium perfidia. 2, 53
in Cæſarem. 2, 54
Puteolos coloni miſſi. 1, 15
Pyrrhus Epirum occupat. 1, 21
Pyrrhus Hermiones nuptias occupavit. ibid.
Pyrrhus regnat. 1, 14

Q.

Quadrigarius hiſtoricus. 2, 9
Quæ, cujuſque ductu, gens ac natio redacta in formulam provinciæ, ſtipendia pacta ſit. 2, 39

R.

Rabirius poëta. 2, 36
Ratiam Ti. Cæſar R. imperio novam ſubjunxit provinciam. 2, 39
Regulus in Africam primus transjecit. 2, 38
Rhaſcupolis Cotym occidit. 2, 129
Rhemœtalces Thraciæ rex. 2, 212
Rhodii à Romanis deficiunt. 2, 18
Rhodiorum in Romanos eximia fides. ibid.
Roma à Romulo condita. 1, 8
Roma, libera, dominaque gentium. 2, 29
Romani rerum domini. 1, 6
Romanorum magnificentia in ædium ſtructuris. 2, 1
Romanæ linguæ & diſciplinæ

ſciplinæ notitia in Pannoniis omnibus. 2, 110
Romana ſigna à Parthorum rege Auguſto remiſſa. 2, 91
Roſcius lege ſua equitibus in theatro loca reſtituit. 2, 32
Rufi Salvidieni ſceleſta conſilia. 2, 76
Rutilium conſulem judiciorum publicorum merito oppreſſit invidia. 2, 7
Rutilius hiſtoricus. 2, 29
P. Rutilius repetundarum ab equitibus damnatus. 2, 13
Rutilius conſul Italico bello caſus. 2, 16

S.

SAcrovir, Galliarum princeps. 2, 129
Sabinarum virginum raptus. 1, 8
Sabinis ſine ſuffragio data civitas. 1, 14
Sabinis jus ferendi ſuffragii datum. ibid.
Salamina Teucer in Cypro conſtituit. 1, 1
Salernum miſſi coloni. 1, 15
Sallues à Sextio Calvino devicti. ibid.
Salluſtius Thucydidis æmulus. 2, 36
Salvidienus. 2, 59. & 76
Samnitium parti civitas data. 1, 14
Samos ab Ionibus occupatur. 1, 4
Sardanapalus à Pharnace Medo imperio vitaque privatur. 1, 6
Saticula deducta colonia. 1, 14
Scaurus orator. 2, 9
P. Scipionis Æmiliani laudes. 1, 12
P. Scipio Æmilianus conſul creatus. ibid.
P. Scipio Carthagini bellum infert. ibid.
P. Scipio Æmil. in Hiſpania murali corona; in Africa, obſidionali donatus. ibid.
in Hiſpania ex provocatione hoſtem interemit. ibid.
P. Scipio liberalium ſtudiorum & auctor, & admirator. 1, 13
P. Scipio Polybium Panætiumque domi militiæque ſecum habuit, intervalla negotiorum otio elegantiſſimo diſpunxit. ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

S. Scipio Africanus dictus. ibid.
P. Scipio Naſica Ti. Gracchum interficit. 2, 3
P. Scipio Numantiam ſolo æquat. 2, 4
P. Scipio de Ti. Gracchi cæde à Carbone interrogatur. ibid.
P. Scipionis Africani mors. ibid.
P. Scipio Æmilianus Africam in formulam redegit provinciæ. 2, 38
Scipio Romanorum potentiæ viam prior, luxuriæ poſterior aperuit. 2, 1
Scipio orator. 1, 17
Scipio Æmilianus orator. 2, 8
Cn. & P. Scipiones primi omnium in Hiſpanias duxere exercitus. 2, 38
Scordiſci à Ti. Cæſare debellati. 2, 39
Scribonia Iuliæ mater. 2, 100
Scylacium colonia deducta. 1, 15
Segeſtes Varo conjuratos indicat. 1, 118
Sejanus. 1, 116
Sejani Ælii virtus. 1, 127
Sejanus Ælius Ti. Cæſaris principalium onerum adjutor. ibid.
Sentius Saturninus. 2, 105. & 109
Sentius Saturninus reip. reſtitutus. 2, 77
C. Sentii Saturnini conſulis factum præclarum. 2, 105
Sertorius Metellum laudabat, Pompeium timebat. 2, 29
Sertorius à Perperna interfectus. ibid.
Sertorianum bellum. 2, 30
Servilia, Lepidi uxor, vivo igni devorato, diem ſuum obiit. 2, 88
Servilii duo apud Cluſium pro Sulla victores. 2, 28
Servilius Glaucia à Mario morte multatus. 2, 12
Setina colonia deducta. 1, 14
Sextia aqua. 1, 15
Sextius Calvinus Sallues devicit. ibid
M. Sillanus reip. reſtitutus. 2, 77
Sinueſſam miſſi coloni. 1, 14
Siſcia. 2, 113
Siſenna hiſtoriarum auctor. 2, 9
Smyrna ab Æoliis condita. 1, 4
Societas potentiæ inita inter C. Cæſarem, Cn. Pompeium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

peium, & M. Craſſum. 2, 44
Socrates. 1, 16
Sophocles tragicus. ibid.
Sora deducta colonia. 1, 14
Spartacus fugitivorum dux. 2, 30
Spoletium coloni deducti. 1, 14
Staius Murcus. 2, 69
Staius Murcus Sex. Pompeium petit. 2, 72
Staius Murcus à Pompeio interfectus. 2, 77
Statilius Taurus. 2, 127
Statuæ equeſtres ex Macedonia Romam delatæ. 1, 11
Statuæ equeſtres L. Sullæ, Cn. Pompeio, & C. Cæſari poſitæ. 2, 61
Sueſſa deducta colonia. 1, 14
L. Sulla C. Marii quæſtor. 2, 12
Sulla urbem armis occupat. 2, 29
Sullæ contra Mithridatem victoria. 2, 23
Sulla Mithridati victo leges imponit. ibid.
Sullæ quid Magi ex corporis notis reſponderint. 2, 24
Sulla juſtis legibus tentat bellum componere. 2, 25
Sulla Scipionem Norbanumque conſules ſuperat. ibid.
Sulla Q. Sertorium exarmatum dimiſit incolumem. ibid.
Sulla grates Dianæ ſolvit. ibid.
Sulla, Mario juvene occiſo, Felicis nomen aſſumpſit. 2, 27
Sulla dictator immodice crudelis. 2, 28
P. Sulpicius. 2, 9
P. Sulpicius Q. Pompeii conſulis filium interfecit. 2, 28
exſul factus. 2, 29
P. Sulpicii contra Sullam pro Mario lex. 2, 28
P. Sulpicius jugulatur. 2, 29
Sulpicius orator. 2, 36
Sutrium colonia deducta. 2, 14
Syria facta ſtipendiaria. 2, 37
Syria Pontuſque, Cn. Pompeii virtutis monumenta. 2, 38

T.

TArracina deducta colonia. 1, 14
Tarentum colonia deducta. 1, 15

Tegeam

Tegeam Agamemnon in Creta ſtatuit. 1, 1
Telamon & Teucer, fratres. ibid.
Teminus, unus ex Heraclidis. 1, 2
Tenos occupatur ab Ionibus. 1, 4
Terentius. 1, 17
Tergeſtes. 2, 110
Teucer & Telamon, fratres. 1, 1
Thebanus nullus orator. 1, 18
Theophanes. 2, 18
Theſſalus Theſprotius Theſſaliam armis occupat. 1, 3
Theſſalia, prius Myrmidonum civitas vocitata. ibid.
Theſſalos à Theſſalo, filio Herculis, appellatos, cur non dicendum. ibid.
Tibullus. 2, 36
Tifata mons. 2, 25
Tigranes à L. Lucullo victus. 2, 33
Tigranis filius, deinde Tigranes, ſupplex ad Pompeium venit. 2, 37
Tigranes ingenti multatur pecunia. ibid.
Titius Sex. Pompeium jugulat. 2, 79
ad Octavium transfugit. 2, 83
Tullius eloquentium princeps. 1, 17
Tyrrhenus & Lydus, fratres. 1, 1
Tyrrhenum ſors decedendi contigit. ibid.
Tyrrhenus, pervectus in Italiam, loco, incolis, & mari nomen dedit. ibid.

V.

Valentia colonia deducta. 2, 14
Valerius Antias hiſtoricus. 2, 9
Valerius Flaccus conſul turpiſſimæ legis auctor. 2, 23
Valerius Flaccus conſularis à Fimbria interfectus. 2, 24
Varro. 2, 36
Varus Quinctilius. 2, 117. *liberti manu jugulatur.* 2, 71
Varus à Germanis cæſus. 2, 117
Varus ſe ipſe transfigit. 2, 119
Vatinius. 2, 69
Vatinii deformitas corporis, ingeniique turpitudo. ibid.

C. Vel-

C. Velleius gladio ſe ipſe transfixit. 2, 76
Velleius miles factus. ibid.
Velleii votum de ſalute Ti. Cæſaris. 2, 131
Venetia diu in poteſtate Antonii ab Aſinio retenta. 2, 76
Ventidius triumphat. 2, 65. *Labienum Parthoſque & Pacorum regis filium exſtinguit.* 2. 78
Venuſiam mittuntur coloni. 1, 14
Verſus de Lepido & Planco, qui proſcripſerant fratres. 2, 67
Vibillius primipili centurio. 2, 78
Viennenſium diſſenſiones. 2. 121
Vindelicos debellavit Ti. Cæſar. 2, 39
Viriathus, latronum in Hiſpania dux, à Servilio Cæpione interemptus. 2, 1
Virgilius, carminum princeps. 2, 36
Volumnii fuga. 2, 119
Utica, à Tyria claſſe condita. 1. 2
Uxorum fides in proſcriptos ſumma, libertorum media, ſervorum aliqua, filiorum nulla. 2, 67

FINIS INDICIS.

NICOLAI HEINSII
DAN. FIL.

VELLEIANARUM CASTIGATIONUM LIBER.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

NICOLAI HEINSII DAN. F.

CASTIGATIONES VELLEIANÆ.

In librum primum Velleii Paterculi.

CAP. I. *qui ſe etiam à Pyrrho Achillis filio virtute vindicavit*] Videtur excidiſſe vocabulum diſſyllabum *pari*: *qui ſe etiam à Pyrrho Achillis filio pari virtute vindicavit.* Eadem virtute & cædem paternam & ſe vindicavit, interfectis Ægiſtho, matre, & Pyrrho, Cognatio litterarum in *pari* & *à Pyrrho* haſce turbas videri poteſt conciviſſe. Sic *ſtudium par* infra cap. XVII. Tacitus An. II. c. LX. *Herculem apud ſe ortum & antiquiſſimum perhibent, eoſque qui poſtea pari virtute fuerint, in cognomentum ejus adſcitos.* Simile mendum è noſtro ſuſtuli lib. II. cap. XXXIX. *At Tiberius, quam certam Hiſpanis parendi confeſſionem extorſerat parens, parem Illyriis Delmatiſque extorſit.* ubi τὸ *parens* exciderat pari librariorum culpa.

Nam quod pactæ ejus, Menelai atque Helenæ filia Hermiones nuptias occupaverat, Delphis eum interfecit.] Vitioſa atque interpolata oratio. Nam ut demus Latine dici *pactam alicujus*, quæ alicui ſit pacta ac deſponſata, vix excuſari poterit τὸ *pacta ejus*, pro *pacta ſua.* De Oreſte ſermonem eſſe meminerimus oportet, cui pacta Hermione, non Pyrrho. nam Pyrrhus Oreſti pactam abduxit, hinc ſimul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

tates Pyrrhum inter ac Oreſten graviſſimæ, quæ demum in cædem Pyrrhi ab Oreſte perpetratam eruperunt. Non recte procedit igitur oratio *pactæ ejus* & *eum interfecit*: cum in una eademque verborum periodo τὸ *ejus* ad Oreſten, τὸ *eum* neceſſario ad Pyrrhum debeat referri. Quare perſuaſum habeo, ut credam Velleiana à manu eſſe, *nam quod pactæ ſibi* &c. *nuptias occuparat*, *Delphis eum interfecit*. Sit ergo locus hic ex interpolatis unus, quales & non paucos infra exhiberi liquidis, puto, argumentis evincemus. Sed & mox à Velleio eſſe opinor, *poſt Oreſtæ interitum*, vel *Oreſti*, non *Oreſtis*. ita enim meliori ævo ſcriptores Romani uſurpabant ut plurimum: *Ulixes*, *Ulixi*, *Achilles*, *Achilli*, *Euripidi*, *Themiſtocli*, & mille talia. *Oreſtes*, *Oreſtæ* Naſoni ſemper.

CAP. II. *Imprudenter rixam ciens.*] Tolletur omnis obſcuritas orationis implicatæ, ſi vocabulis tranſpoſitis refingis, *immixtuſque caſtris hoſtium*, *de induſtria rixam ciens*, *imprudenter interemptus eſt*: quod & ipſum Acidalio ſic videri ſerus adverto. quamquam & locus diſtinctione Lipſiana juvari poteſt utcumque. Sed in levioribus occupamur hactenus: cujus & notæ illud eſt, quod ſubjungo.

CAP. III. *Quod cum alii faciant*, *Tragici frequentiſſime faciunt.*] Gruterus eradendum cenſet τὸ *faciant*. Plenior utique oratio foret, ſi legeretur, *quod cum alii faciant frequenter*, *Tragici frequentiſſime faciunt*. Sed à Velleii manu opinor fuiſſe, *quod cum alii*, *tum Tragici frequentiſſime faciunt*. Scripturus enim compendium Hiſtoriæ Græcæ ac Romanæ Velleius, ſuccinctum dicendi genus & argumento accommodatum potius eſt ut ſecutus ſit, quam Tullianæ illam orationis copiam ut ſibi adhibendam duxerit. deinde, ut vitetur κακοφωνία, ſcribendum, *qui illo tempore vixere*, *dixerunt*.

Co-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Corinthum, quæ antea fuerat Ephyre, clauſtra Peloponneſi continentem in Iſthmo condidit] *Continentem* Gruterus delebat. ego autem opinor ab ipſo Velleio nobis relictum, *clauſtra Peloponneſi, continente in Iſthmo, condidit*, vel *continenti.* ſic paullo ante, *perexiguo à continenti diviſam freto. Ephyre* ſeu *Corinthus clauſtra Peloponneſi*, elegans epexegeſis, cujus generis complura occurrunt apud noſtrum. ſic & *Alexandriam clauſtra Ægypti* habes apud Suetonium Veſpaſiano. *Ægyptum clauſtra annonæ* apud Tacitum Hiſt. III. cap. VIII. *Elephantinen ac Syenen clauſtra Romani imperii* Annal. III. cap. LXI. Hiſt. III. cap. XLIII, *Foroiulienſem coloniam, clauſtra maris præſidio tuebatur.* ita Rhenani codex. nec aliter ſcribendum An. II. cap. LIX. *Equitibus Romanis inluſtribus ſepoſuit Ægyptum, ne fame urgeret Italiam, quiſquis eam provinciam clauſtra* (non *clauſtraque*) *terræ ac maris quamvis levi præſidio inſediſſet.* ſed illud à magno Grotio jam occupatum video, qui ex Lucano profert, *Regni clauſtra Philæ.* Florus lib. II. cap. VII. *Invios ante Chaonum montes Aoumque amnem per abrupta vadentem, id eſt ipſa Macedoniæ clauſtra, penetravimus*, lib. III. cap. III. *Per Alpes, id eſt clauſtra Italiæ, ferebantur.* cap. II. lib. IV. *Uticam velut altera Africæ clauſtra ſervabat.* Nec dubito, quin capite ſuperiori quoque ſcriptum dederit noſter, *ſedem cepere Lesbum inſulam circaque.* nam Strabo libro XIII, præter Lesbum, etiam Lesbo vicinæ continentis Æolidis inſeſſæ ab iis meminit: alii tamen ſolius Lesbi. ſic & lib. II cap. LXVIII. apud eundem noſtrum Lipſius corrigebat, *Dum in acie Pharſalica circaque* (vulgo *Africaque*) *de ſumma rerum Cæſar dimicat.* de qua tamen conjectura deliberandum amplius: cum tota civilis belli moles, quod quidem per duces ſuos à Cæſare & Pompeio geſtum eſt, uni præcipue Africæ incubuerit, ubi præliis compluribus hinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

inde certatum eſt, duceſque non pauci ceciderunt: quos inter Curio, Scipioque, & Petreius, & Juba rex, & Cato. *Sedem cepere Lesbum*, ut lib. II. cap. LXXIV, *Hæc belli ſedem Præneſte ceperat*. Tacitus An. VI. cap. XLII. *Atque interim Cteſiphon ſedes imperii petita*. An. XII. cap. XIII. *Capta in tranſitu urbs Ninos, vetuſtiſſima ſedes Aſſyriæ*. Hiſt. II. cap. XIX. *Laudare providentiam ducis, quod coloniam virium & opum validam robur ac ſedem bello legiſſet*. hinc *ſeſſores* pro habitatoribus ac incolis oppidi apud Cornelium Nepotem, ſi tamen ſana eſt ea ſcriptura. Porro *continens Iſthmos*, ut *terra continens*. ſic libro II. cap. CIX. *Exciſis continentibus Herciniæ ſilvis*.

CAP. IV. *Chalcida, Erethriam*] Nil neceſſe interſeri particulam & utrique civitati, adverſus auctoritatem veteris membranæ. ſic infra cap. XIV. *Ariminum, Beneventum coloni miſſi*.

CAP. VI. *Et diſciplinæ convenientiſſimæ vir*] Mendoſe iteratur in una eademque periodo *vir*: quanquam non præter exemplum Velleianum, ut volunt. ſed cum ſcriptor politiſſimus paſſim ſit interpolatus à mala manu, quis locos illos præſtabit eſſe ſanos? Legebam aliquando, *diſciplinæ convenientiſſimæ virtuti*. ut *virtutem* ponat pro fortitudine, quomodo alibi non ſemel. & ſane Lycurgi leges huc potiſſimum ſpectaſſe quis noſcit? lib. II. cap. XIV. *effudit vocem convenientiſſimam conſcientiæ ſuæ*. ne quid *diſciplinam continentiſſimam* huc revocemus. Argutum & Lipſianum illud haud diffiteor, *diſciplinæ convenientiſſimæ viris*. quis neget?

Caranus vir generis regii] Cum & Lycurgus paullo ante ſit dictus *vir generis regii*, Gruterus, inconcinna ejuſdem elogii repetitione offenſus, hoc loco id cenſebat eſſe expungendum: præſertim quod Caranum ſtirpe regia oriundum fuiſſe pa-

rum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

rum liqueat. Forte dederit tamen Velleius, *vir generis egregii*. Sic de Philippo Silius:

Hic gente egregius, veteriſque ab origine regni
Æacidum ſceptris proavoque tumebat Achille.

CAP. VII. *Qui vitavit, ne in id, quod Homerus, incideret*] *Vitato*, non *vitavit*, reſcribi debere cenſeo: cum alii id verbum expungant. Eſt enim hic loquendi modus cum hiſtoricis aliis tum Tacito familiaris; noſter ſic libr. II. c. LXXV *vitatis militum gladiis.* & cap. LXXX. *evitatis, quæ juſſu hominis praviſſimi tela in eum jacta erant..*

Anni ſunt fere quingenti] *ſint.* ſic jubent ſuperiora.

CAP. VIII. *Omnis generis certaminum*] *Omniſque* codex vetuſtus, qui unicus Velleium conſervavit: nec temere damnarim. hoc eſt *omnis etiam generis.* infra cap. XXVI. libri II. *multa fortiterque molitus. hodieque* paſſim apud noſtrum. denuo hoc libro cap. XVII. *ſimilitudine congreganteſque ſe & in par ſtudium & in emolumentum.* ut recte membrana. Tacitus An. VI. cap. XIX. *Ac ne dubium haberetur, magnitudinem pecuniæ malo vertiſſe, aurariaſque ejus Tiberius ſibimet ſepoſuit.* qui locus à Mureto & Faerno viris præclaris haud quaquam fuit tentandus.

Quamquam jam aſylo facto inter duos lucos auxit] Scribe *quamquam eam.* imbellem ſcilicet & paſtoralem manum adauxit latronibus aliiſque noxiis hominibus aſylo receptis. aliter Aldus Manutius. quo autem hominum genere paſtoralem adauxerit manum præ verecundia non expreſſit. ſic Juvenalis de eadem re ad Romanos:

Majorum primus, quiſquis fuit ille, tuorum
Aut paſtor fuit, aut illud, quod dicere nolo.

CAP. IX. *Et rex Eumenes in eo bello medius fuit animo*] *animi* maluerim expuncto τοῦ *fuit.* ut apud Horatium, *pacis eras mediuſque belli.* atque ita caſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

caſtigandum reor lib. II de Pompeio Magno, *medius eloquentiæ*. ſupra cap. III. *acer belli juvenis*. infra cap. XII. *modicus virium*. *lætus animi* cap. XCIII. & mille talia. Videantur Acidalius ad lib. I. cap. VI. Scheckius ad eundem librum cap. XII. Deinde *fratris initia* referunt ad legationem Attali à fratre Eumene Romam miſſi. Ceterum id ab uno Valerio Antiate tradi Livius aſſeverat, reliquos hiſtoricorum de Eumene ipſo Romam profecto, ut Senatum de Perſei machinationibus occultis ante bellum exortum edoceret, conſentire. Certe Eumenem, etſi primo prælio Romanos inter Perſeumque commiſſo interfuerit cum fratre Attalo, ac poſtea oppugnationi Caſſandreæ, tamen fluctuaſſe poſtea, tractataſque clam amicitiæ conditiones hunc inter atque Perſeum, proditum à nonnullis idem Livius teſtatur, cum Attalus ſinceram fidem, egregiamque toto bello Macedonico Romanis operam præſtaret. unde apparet infenſiſſimum hunc fuiſſe Perſeo Attalum. Eumenem certe offenſam incurriſſe populi Romani hac fluctuatione Livius libro XLVI, qui intercidit, videtur prodidiſſe. nam Epitome libri: *Eumenes Rex Romam venit, qui quia Macedonico bello ſe medium egerat, ne aut hoſtis judicatus videretur, ſi excluſus eſſet, aut liberatus crimine, ſi admitteretur, in commune lex lata eſt, ne cuiquam Regi Romam venire liceret.* Idem accuſatus poſtea & cum Antiocho conſpiraſſe adverſus populum Romanum. Quare opinor ſcribendum *fratris inimicitiis*, ut de Attalo hæc capiantur, conſtantes inimicitias adverſus Perſeum exercente. *nec fratris inimicitiis nec ſuæ reſpondit conſuetudini*, quia cum infenſum ſeſe adeo Perſeo præbuiſſet, ut ab ejus emiſſariis apud Delphos graviter vulneraretur, tamen in gratiam cum eo poſt redivit quodammodo.

Is Perſeum.] Membranæ *Perſam*. fortaſſis vere. ſic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ſic ut *Perſes* & *Perſa* dicatur, quomodo *Æetes* & *Æeta*, *Oreſtes* & *Oreſta*. & ſic infra ſcribendum quoque ſit *regis Perſæ*, non *Perſei*. ſed illic *Perſi* vera eſt ſcriptura. ut *Achillis*, *Achilli*, & ſimilia. cap. XI. *Poſt victum captumque Perſen* bene prima editio, non *Perſeum*. Propertius Elegia ultima libri IV.

Et Perſen proavi ſimulantem pectus Achillis.

Quem locum vir magnus Juſtus Lipſius Velleianis curis temere ſollicitavit. Multum animi Perſes præ ſe videbatur ferre, ad exemplum proavi Achillis, falſo id tamen; cum bellum expertus adverſum, ſeſe in vincula ac triumphum turpiter mox dediderit Romanis. Mentiebatur igitur & ſimulabat pectus atque animos Achillis, non referebat vere virtutes ejus. *Mentiri* Maro dixiſſe maluit Æneidos II. ubi Priamus ad Pyrrhum,

At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoſte fuit Priamo.

Velleius noſter infra cap. XI hujus libri, *Pſeudophilippus à mendacio ſimulatæ originis appellatus*. *Aſſimulare* Tacito haud infrequens hoc ſenſu, ut Annal. IV. cap. LIX, *Aſſimulabatque judicis partes*. recte *aſſimulabat*. non enim bona fide implebat. perperam & is locus à viris eruditis tentatur. Naſo pari quoque modo frequenter. ſic Minerva *Aſſimulabat anum*. quæ formam anilem induerat. Hæc in tranſcurſu. paullo ante concinnius utique legamus, *mortem obiit*. & mox *impedire coniterentur* pro *obniterentur*. etſi nec me præterit, Acidalium alioſque eſſe, qui vulgatam lectionem tueantur.

CAP. X. *Tum Regem Syriæ Ptolemæum*] Atqui Antiochus rex Syriæ, Ægypti Ptolemæus. Excidit puto vocabulum monoſyllabum *Rex*. & pro *tum* ſcribendum forte *templum*, *cum Antiochus Epiphanes, qui Athenis Olympicum inchoavit templum*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

regem rex Syriæ Ptolemæum. Livio quoque *Jovis Olympici templum eſt.*

Sic cogitationem regiam Romana disjecit conſtantia] Alii *cunctationem.* non male. aut *contationem*: ut ſcribebant veteres interdum. Ego aut *prolatationem*, quo vocabulo & Tacitus uſus, pro dilatione, aut *conſultationem* malim. Apud Juſtinum certe Epiphanes, *conſultationem ad amicos refert*, in hac hiſtoria, apud Frontinum Stratag. lib. III. c. XVI. 3. *promiſit prolationis injuriam liberalitate ſe penſaturum.* poſſis & *hæſitationem.*

Alterum ex iis, quos in familia retinuerat, liberis] *Ex ſuis* prima editio. nam in alias familias adoptione è liberis ejus erant qui ceſſiſſent. nec immutatum oportuit. ut & capite ſubſequenti *Macedonici nomen inditum erat.* ubi τὸ *erat* perperam ejecerunt, aut in *hæret* mutavere.

CAP. XI. *Qui porticus, quæ fuere circumdatæ duabus ædibus*] *Qui porticus circumdatas duabus ædibus*, opinor: ne toties *qui* & *quæ* repetantur in hac oratione. concinnius certe ac Velleianæ brevitati convenientius. ſic libro II. cap. I. *Hæc urbs nunquam* X̄ *plura propriæ juventutis armavit*, ceu probe caſtigarunt: hoc eſt *decem millibus plura.* cum vetuſtus liber exhiberet, X̄ *plura quam propriæ.* & ſane millenarius numerus vix umquam in vetuſto codice expreſſus. ſed deſignatur per lineam ſuperinductam numero, ut proxime vidimus. Idem codex c. IV. *Ariſtonicus, qui mortuo Rege Attalo.* ubi *qui* jure deleverunt. Grutero etiam *Metellus Macedonicus*, ex ſuperioribus repetitus, hinc auferendus videbatur.

CAP. XII. *Inſtincta in bellum Achaia, cum pars magna*] Niſi *Achaiam* capit pro Græcia, ut ſolent ſcriptores Romani horum temporum, ægre te expedies ex hoc loco. Nam Græciæ pars magna eſt Macedonia, non Achaiæ. *Univerſa deinde, ut prædixi-*

diximus, inſtincta in bellum Achaia, cujus pars magna, ejuſdem Metelli Macedonici virtute armiſque fracta erat. ita enim hæc à Manutio recte conſtituuntur. ſed & τὸ *etiam* mox ſubſequens mutandum in *Græciam.* niſi malumus hinc auferri illud, & reponi poſt *inſtincta. Univerſa deinde inſtincta Græcia in bellum Achaicum, cujus pars* &c. ſic *univerſa Græcia* infra quoque occurrit cap. XVIII.

Qui nihil in vita, niſi laudandum aut fecit, aut dixit ac ſenſit] *aut ſenſit* Aldus Manutius invita membrana. Sed videtur velle Paterculus, nihil aliter locutum Scipionem ac ſenſerit. Forte, *aut aliud dixit, ac ſenſit.* Quomodo apud Terentium: *Aliud mihi reſpondes, ac rogo.* pari modo & Tullius non ſemel. deinde in illis *creatus eſt*, tolle verbum ſubſtantivum, ut ſequentia cum ſuperioribus conjungantur.

Quam ullius temporis noxiæ] *Quam ullius ejus temporis noxiæ* editio prima. recte. hoc vult enim, nullam à Carthaginienſibus datam fuiſſe ſat juſtam tertio bello Punico Romanis ſecum decertandi cauſam. *ullius noxæ*, ſc. invidia, quod præcedit. *noxæ* enim malo, quam *noxiæ.* Dido apud Naſonem:

Invidiam noxæ detrahit ille meæ.

Carthago magis inviſa nomini Romano ob veterem invidiam, ac æmulationem imperii, quam ullius eam ſub tempeſtatem noxæ. libro II. cap. LXXXIII, *Mox autem hunc noxa avunculum Titius imitatus eſt.* ſic ſcribe. In membranis iterabatur *mox. Mox autem hunc mox avunculum.* Quare Voſſius alterum *mox* eradebat. ſed nil neceſſe. *nox* prius fuerat exaratum, omiſſa ultima littera, ob eandem initio proximi vocabuli ſubſequentem. unde poſtea mendoſe *mox* factum. Tacitus Ann. lib. III. c. XIII. *quod convictum noxæ reo erat.* lib. XVI. c. VI. *Ferebantque Veſpaſianum, tamquam ſomno conniveret, à Phœbo liberto increpitum, ægreque melio-*

liorum precibus obtectum, è noxa imminentem perniciem majore fato effugiſſe. Hiſt. II. cap. L. *Quidam militum juxta rogum interfecere ſe, neu noxa neque ob metum, ſed æmulatione decoris & caritate principis.* Deinde malo, *fecitque ſua virtutis monumentum, quod fuerat avitæ clementiæ*, quam cum vulgatis, *avi ejus clementiæ.* quod ſordidum ac plebeium. ni mavis, *avitæ decus clementiæ*, vel *avitæ prius.* ſic lib. II. c. IV. *avitus fulgor.* ſupra habuimus, *vir avitis P. Africani, paterniſque L. Paulli virtutibus ſimillimus.* libro II. cap. CXVIIII. *paterni avitique exempli ſucceſſor.* ubi ſimiliter contracte liber vetuſtus *avique.*

Neque ante inviſum eſſe deſinit, quam eſſe deſiit] Orationis omne acumen in ambigua ſignificatione τοῦ *eſſe* conſiſtit. Sic apud Naſonem corrigebam olim Helenes epiſtola,

Certus in hoſpitibus non eſt amor: errat, ut ipſi.
Cumque nihil ſperes firmius eſſe, fuit.

Ubi *fugit* nunc circumfertur. Tum probe Lipſius, *& ne in victos quidem deponitur.*

CAP. XIII. *Quippe Scipio tam elegans liberalium ſtudiorum omniſque doctrinæ & auctor & admirator fuit*] *Auctorem doctrinæ omnis* Scipionem hic dici non fert magnus Lipſius, & *fautorem* reponit. atqui *auctor* (neque enim id nomen aliter exaratum occurrit in veterrimis ac maxime fidis membranis, quicquid argutantur grammatici) *auctor*, inquam, ab augendo cum dicatur, quid ni auctor doctrinæ omnis Scipio, qui fovebat eam plurimum ac ornabat promovebatque patrocinando? apud Claudianum lib. I. in Eutropium,

Nullius Eutropius, quam qui ſe protulit, ante
Direptas poſſedit opes, nullumque priorem
Perculit exſilio, ſolumque hoc rite peregit,
Auctorem damnare ſuum.

Sic ſcripti editique codices conſtanter. hoc eſt il-

lum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

lum, à quo erat promotus & evectus ad ſummos honores. Ælius Spartianus de Hadriano: *cibis caſtrenſibus libenter in propatulo utens, exemplo Scipionis Æmiliani, & Metelli & auctoris ſui Trajani.* à quo nempe ad imperatoriam dignitatem evectus erat. apud Ammianum lib. XXI exclamat Senatus, recitatis Juliani in Conſtantium invectivis, *Auctori tuo reverentiam rogamus.* quem locum, ut & alium Marcellini ejuſdem jam produxit ad Spartianum magnus Caſaubonus. mox ſcite Lipſius *civitatem propagatam*, non *civitates propagatas.* agitur enim de Roma. ſimile mendum nos infra ſuſtulimus lib. II. cap. LX.

Si eas perdidiſſent, novas eos reddituros.] *Eos* tollendum, cum *eas* præceſſerit. Sed opinor ſcribendum, *novas eſſe reddituros.*

CAP. XIV. *Nam militarium & cauſæ & auctores & ipſa præfulgent nomina*] *Ex ipſo præfulgent nomine* corrigendum, ni fallor.

Fregellæque poſt biennium] *Anno poſt biennium* prima editio. & recte forſan. hoc eſt, anno proximum biennium ſubſecuto. mox *ducta Valentia* non *deducta* in eadem editione, quod probum arbitror, etſi minus uſitatum: ne toties *deducendi* verbo utatur. & poteſt videri alluſiſſe ad ſulcos, qui ducebantur, cum conderetur colonia. ſic *vallum* & *foſſam ducere* veteribus quoque in uſu. *parietes ducere* Tullius, *muros* Maro dixerunt.

CAP. XV. *A Lupercali in Palatium verſus*] τὸ *in* videtur redundare, ut ſæpe alibi. adeantur annotata lib. II. cap. LXVI. LXVIII. ſic libro II. cap. CI. refingendum reor, *& omnibus ad Orientem verſis provinciis.* non *verſus.* mox pro *cui in demoliendo*, lege, *cui inde moliendo* pro deinde. Nam quod volunt *demoliri* poſitum pro *moliri*, in eo fallunt & falluntur. Nec felicius à Lipſio caſtiga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

tum. *in emoliendo.* miror equidem tot tantoſque viros hic dormitaſſe.

Inter clariſſima publicæ voluntatis argumenta] Sic libro II. cap. VIII *voluntatem peccandi intuebantur.*

Quæ, niſi militaris, poſt hoc tempus deducta ſit] An, *Neque facile memoriæ mandarim, niſi militares poſt hoc tempus deductas?*

CAP. XVI. *In idem artati temporis congruens ſpatium*] Scribe, *in idem artata temporis congruere ſpatium: &c.* vel *congruunt.* deinde *ſeparata ab alienis, in unum quodque corpus congregantur. quemadmodum, clauſa capſo* &c. *unum quodque corpus*, ut apud Tullium in Orationibus, *leviter unumquodque tangere; in unum quæque corpus* Lipſius. τὸ *congruere* reſpondet τῷ *ſeparaverunt* in ſequentibus.

Ac novam Comicam Menandrus] τὸ *Comicam* delent Aldus & Lipſius. Tu ſcribe, *at nova Comica.* ita quippe corrigendum ſatis evincit ſubſequens *imitanda*: pro quo perperam illi *imitandam. Comicum* quicquid ad comœdias pertinet. ſic *comicum artificium* Ciceroni.

Adeo quidem artatum anguſtiis temporum] Puto, *adeoque idem artatum.* vel, *adeoque id.* ſic lib. II. cap. CXXV. ſcribendum, *plurimoque idem igne emicans.* pro *plurimo quidem.* tum malo *audiri nequiverint*, quam *videri*; quomodo paulo poſt loquitur, ut ταυτολογία evitetur. Lipſius, *adeoque iſdem artati anguſtiis temporum.*

CAP. XVII. *In Attio circaque eum Romana tragœdia eſt*] Primo vetuſtus codex *in Accio* exhibebat: quod retineri debuit. nam Accius & Pacuvius principatum tragœdiæ ſub illa tempora ſibi vindicabant. Quin immo horum dramata multo poſt Neronianis quoque temporibus quotidiana in ſcenis exhibebantur, non ſine multo applauſu, ut ex Suetonio patet. Innuit &

Mar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Martialis non defuiſſe ſua ætate, qui hos ipſos multum admirarentur:

Attonituſque legis terrai frugiferai,
Accius & quicquid Pacaviuſque vomunt.

Ita utrumque & alii conjungunt. noſter ipſe libro II. cap. IX, quomodo & illic ſcribendum: *Clara etiam per idem ævi ſpatium fuere ingenia, in Togatis Afranii, in Tragœdiis Pacuvii atque Accii, uſque in Græcorum ingeniorum comparationem evecta.* non *evecti.* ingenia nimirum. deinde prima editio membranam ſecuta, *circaque eorum.* Ni fallor, dederat Velleius, *in Accio circaque decorum Romanæ tragœdiæ.* hos enim non dubitavit comparare cum Græcis,ut paullo ante jam vidimus. Pari modo mox habebimus, *proſæ eloquentiæ decus*: & *decus publicum.* cap. XIII ſupra. *decora Græcarum artium* Tacito An. XV. C. XLI. Auctor de cauſis corruptæ eloquentiæ c. XX. *Exigitur enim jam ab oratore etiam poeticus decor, non Accii* (ſic lege) *aut Pacuvii veterno inquinatus, ſed ex Horatii & Virgilii & Lucani ſacrario prolatus.* vides *poeticum decorem.* Similis nævus Taciti Germaniam inſedit loco varie ab hominibus eruditis vexato. cap. XLV. *Extremus cadentis ſolis fulgor in ortus edurat adeo clarus, ut ſidera hebetet. Sonum inſuper ſe mergentis,* (ſic bene Lipſius) *formæque decorum & radios capitis aſpici perſuaſio adjicit.* Sic, inquam, caſtigandum videtur: omnia enim hæc de uno agunt Sole. Vulgo perperam, *formaſque deorum.* Unde alii minus feliciter, *formas equorum.* quamquam enim Soli ſuus aſſignatur currus quadrijugus à Poetis Græcis ac Romanis, non ideo ſequitur Germanos pari opinione fuiſſe imbutos. Poſſis quoque *formæque decorem.* uti Seneca de Beneficiis libro IV. cap. XXIII de ſtellis: *Iſta, quæ tu non aliter, quam in decorem ſparſa conſideras, ſingula in opere ſunt.* Sed ad rem. cap. XXI. de Aſinio Pollione: *Pacuvium certe &*

Ac-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Accium non ſolum tragœdiis, ſed etiam orationibus ſuis expreſſit. adeo durus & ſiccus eſt. etiam illic *Accii* nomen mendoſum. at decori obſervans Accius cum maxime Ciceroni viſus libro Offic. primo: *Ut ſi Æacus aut Minos dicerent, Oderint dum metuant, indecorum videretur, quod eos fuiſſe juſtos accepimus: at Atreo dicente plauſus excitantur.* Accius itaque & Pacuvius ad Neroniana uſque tempora habiti maximo in pretio. poſtquam verò Secundus Pomponius & Seneca Annæus hoc in genere dramatum ſeſe exercuerunt, veteres illi, ut rudes, paulatim in contemtum abierunt. Nam Accii carmina ipſi Pacuvio duriora & acerbiora aliquanto viſa Gellius nos docet Noct. Attic. XIII. cap. II. Ceterum elegans illud in primis *circaque*, ut ſubintelligatur *circa hæc tempora.* apud Livium lib. XXV. *maxima ſuper theatrum circaque conſiſtunt.* ſic & ſupra cap. V. forte caſtigandum in noſtro, *ſedem cepere Lesbum inſulam circaque.* ubi plura congeſſimus. idem, libro II. cap. LXXXI. *Templumque Apollini, & circa porticus, facturum ſe promiſit.* ſimili modo *juxtaque* Tacitus Ann. XI. cap. XXXI. *ipſa crine fluxo thyrſum quatiens, juxtaque Silius.* deinde tollendum verbum ſubſtantivum *eſt*, ut referatur ad *nituerunt*, quod ſequitur. *decorum Romanæ tragœdiæ & facetiæ nituerunt.*

Sub pari ætate nituerunt] Rectius ſit *ſubpari ætate enituerunt. ſubpar* pro *ſuppar* exaratum ſemper in antiquioribus membranis occurrit. deinde ſcribe, *ſed ut Livium quoque priorum ætati adſtruas.* nam membranæ *& ut.* non *ut &.* poſſis etiam *ut ut.*

Univerſa ſub principe operis ſui erupit Tullio] Sic & Seneca pater præfatione Controverſiarum: *ut poſſis æſtimare quantum quotidie ingenia decreſcant, quicquid Romana facundia habet, quod inſolenti Græciæ aut opponat aut præferat, circa Ciceronem effloruit.*

floruit. quo loco τὸ *circaque* paullo ante à me reſtitutum in Velleio confirmatur.

Scalptoribus quiſquis temporum inſtiterit notis] Membrana, *Scalptoribuſque uiſquiq.*] Lege *Scalptoribuſque, ſi quis temporum inſtiterit notis.* vel, *ut quiſque temporum inſtiterit notis.*

Hujus ergo præcedentiſque ſæculi] Vetuſtus liber, *Hujus ergo recedentis inque ſæculum ingeniorum ſimilitudines congregantiſque ſe.* Forte, *Hujus ergo præcedentiſque inquam ſæculi ingeniorum ſimilitudinis congregantiſque ſe & in ſtudium par & in emolumentum, cauſas cum ſemper requiro*, &c. *Emolumentum* hic videtur capiendum pro eo, quod ſupra dixerat *profectum*, *in ſimilitudinem temporum & profectuum.* ut vocabulum id hic loci haudquaquam ſollicitandum à Lipſio fuerit: præſertim quo & alibi non ſemel noſter uſus ſit. Gloſſæ veteres Labbæi, *Emolumenta*, τὰς χρηματισμὰς. *Emolumentis*, χρημάτων. *Emolumentum*, ὠφέλεια, κέρδος, ἐπίνοια, ὄνησις, ὠφέλημα. vides non unam ejus vocabuli ſignificationem. infra libro II. *emolumentum victoriæ* & *emolumentum triumphi* occurrunt. apud Juvenalem *emolumenta ſacramentorum* & *laborum emolumenta.* Fuit nihilominus cum & ego *æmulatum* reponerem pro *emolumento*, quod ſequentia ſic viderentur requirere. *Congregantiſque. que* ac & ſæpe elegantiæ cauſa redundare apud Velleium dixi jam ſupra cap. VIII. ceterum *ſimilitudinis congregantis ſe* refer ad τὸ *cauſſas*, quod ſequitur. ſed & *inquam ſæculi*, pro *inque ſæculum* omnino caſtigandum. τὸ *inquam* orationi paullo longius extenſæ aut repetitæ ſive iiſdem ſive ſimilibus verbis eleganter interjicitur, ut, quod dicitur, ſerio dictum videatur. libro II. cap. LXVI. *Nihil tamen egiſti, Marce Antoni, (cogit enim excedere propoſiti formam operis erumpens animo ac pectore indignatio) nihil, inquam,*

egiſti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

egiſti. ſic & alii ſcriptores paſſim, oratores præſertim ac comici. idque confirmant, quæ paullo ante præceſſerunt. mox malo, *cauſas numquam reperio, quas eſſe veras confidam, ſed fortaſſe veris ſimiles, interque eas has maxime.*

Admiratio incitationem accendit] *imitationem* alii. puto *in imitationem accendit.* ſic *accenſæ in arma nationes* lib. II cap. XCVIII. hoc verum. ſic Tacito Hiſt. I cap. XLIII. *in cædem ardore alicujus.* deinde *natura* ne mutetur in *mature.* namque & mox *naturaliter*, quod tantundem, habebis.

Aliquid in quo nitamur conquirimus] *in quod enitamur* malim, uti amat loqui Velleius alibi. mox ſcribe, *Tranſeat admiratio à conditione temporum, & ad urbium.* ſc. conditionem. uſitatus loquendi modus Velleio, ſupra cap. XII, *quam ullius ejus temporis noxæ*, ad invidiam, quæ præceſſerat, referri oportere, diximus. *Tranſeat.* ut mox infra, *Neque ego hoc magis miratus ſim.* libro II. cap. IX. *Sane non ignoremus.* & mox. *Perſequamur notam ſeveritatem cenſorum.* & mille aliis locis. Viderunt ex parte verum Lipſius & Scheckius, dum reſcribunt *à conditione*, pro *ad conditionem.* quod illis nondum inſpectis mihi quoque jam in mentem venerat.

CAP. XVIII. *Una urbs Attica pluribus annis eloquentiæ, quam univerſa Græcia, operibuſque floruit*] *eloquentia* Lipſius *uberiuſque.* Sed cur non, *eloquentiæ, quam univerſa Græcia, ope uberiuſque?* pro eo, quod ſequitur, *quæ urbes talium ſtudiorum fuere ſteriles*, vetuſtus codex habebat, *que urbes & in Italia.* ſcribe, *quæ urbes, ut in Italia,* &c. nec multum Gruterus abludit, qui tamen locum adulteratum eſſe arbitratur. etiam Lipſius tria verba expungit. Atqui ſi de oratorio ſtudio hæc dicta accipis, quo certè videntur referenda, veris ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ſunt veriora; quod unice Athenis ac Romæ floruiſſe conſtat. Pari utique modo ſupra cap. XVII. noſter. *Neque hoc in Græcis, quam in Romanis eveni tmagis*. ubi gentis utriuſque fatum pari modo componit. Sed mirum, quod de Pindaro & Alcmane ſubjungit: cum major poëtarum pars Græcorum nec Athenis, nec Latinorum Romæ fuerint nati. Oratores, philoſophos, poëtas tragicos ac comicos pleroſque ſibi vindicant Athenæ, fateor: ceterorum paucos omnino. Non Heſiodum, non Archilochum, Callimachum, Antimachum, Philetam, Apollonium, Alcæum, Sappho, Simonidem, non mille alios. Nam de Homeri natalibus in certamen Attici venere fruſtra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

AD
LIBRUM SECUNDUM.

Liber ſecundus] In Rhenani editione, *Poſterius volumen.*

CAP. I. *Non gradu, ſed præcipiti curſu*] Albinovanus ad Liviam de exceſſu Druſi:

Non ex præcipiti dolor in tua pectora venit,
Sed per mollitos ante timore gradus.

Seneca Epiſtola LXXV. *Quid ergo? Infra illum nulli gradus ſunt: ſtatim ad ſapientiam præceps eſt.* mox *converſa civitate* malim, quam *civitas.*

Ut ſæpius Romanorum gereretur adverſa] *Romanis adverſa* debuit dixiſſe. itaque ſcribe, *Romano re geretur adverſa. Romano*, pro *Romanis.* ſic Tacitus Ann. XII. cap. LVIII. *Romanum Troja demiſſum.* Adi Gronovium ad Livium lib. II. cap. III. Tum dele paullo ante verbum ſubſtantivum, ne inconcinne prorſus repetatur, *bellum in Hiſpania &c. ſecutum, quod ita varia fortuna geſtum eſt.*

Mancinum verecundia, quippe non recuſando, perduxit huc] Sic diſtingue. mox dele τὸ *fecerunt*, aut muta in *fecerant*.

CAP. II. *Quantas perfecta & natura & induſtria mortalis conditio recipit*] Minus perplexa erit oratio, ſi ſcribimus, *perfecta & naturæ & induſtriæ mortalis conditio.* Seneca Ep. LXXI. *Multis videmur majora promittere, quam recipit humana conditio.* Epiſt. LXXXVII. *Noſtra enim actio eſt, quod nullius mortalium conditio recipit.* noſter ſub finem operis, *ſi aut natura patitur, aut mediocritas recipit hominum.*

Omnibus ſtatum concupiſcentibus] *concutientibus* jam Lipſius eſſe viderat ſcribendum, ſed ab applauſu deſtitutus, quem merebatur, etſi ne ſic quidem per-

perſanato loco. Lege, *omnem urbis ſtatum concutientibus.* apud Naſonem in Ponticis,

Cum ſtatus urbis erit, qualem nunc auguror eſſe,
Et nullus populi contrahet ora dolor.

Tacitus Hiſt. I. cap. IV. *Ceterum, antequam deſtinata componam, repetendum videtur, qualis ſtatus urbis, quæ mens exercituum fuerit.* ſic & *civitatis ſtatus.* auctor de cauſis corruptæ eloquentiæ c. XXXVII. *Is optimus civitatis ſtatus habendus eſt, quo nil tale patimur.* notum & axioma antiquum, *Optimum eſſe civitatis ſtatum ſub rege juſto.* Tacitus denuo Annal. lib. I. cap. IV. *Igitur verſo civitatis ſtatu nihil uſquam priſci & integri moris.* & cap. XVI. *Hic rerum urbanarum ſtatus erat, cum Pannonicas legiones ſeditio inceſſit.* Hiſt. I. cap. XI. *Hic fuit rerum Romanarum ſtatus.* quid ſit *ſtatum urbis concutere* noſter docebit infra cap. VI. de Caio Tiberii hujus fratre, ubi inter alia, *Nihil immotum, nihil tranquillum, nihil quietum denique in eodem ſtatu relinquebat.* & Tacitus Ann. III. cap. XXVIII. *Sed altius penetrabant, urbemque, & Italiam, & quod uſquam civium, corripuerant, multorumque exciſi ſtatus, & terror omnibus intentabatur.* noſter infra c. LXXIX. *Virum humana ope invictum graviter fortuna concuſſit.* & alibi. *convellere ſtatum reip.* dixit Cicero in Piſonem, *labefactare compoſitam civitatem* Florus lib. IV. cap. XXIII. Idem Cicero Philipp. II. *concutere Remp. concutere Romam* Lucanus.

CAP. III. *Ejus qui cenſor porticus in Capitolio fecerat*] Ita reſtitutum iverunt. ſed *fuerat*, non *fecerat* præferebat antiquus codex. ſcribendum, *porticus in Capitolio voverat.* Vovit igitur has porticus, cum Cenſuram gereret, ſed non dedicavit in Cenſura. Nam & templorum cura ad cenſores pertinebat. Cicero de leg. III. *cenſores urbis templa, vias, aquas, &c. tuentor. vovere* hac ſignificatione apud Livium ac Naſonem in Faſtis frequenter occurrit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

rit. *vovere ædem* bis apud Tacitum An. II. c. XLIX. In vetuſto lapide: NUMINIB. DEORUM. AUG. JOVI. OPT. MAX. ÆDEM VOTO. SUSCEPTO Q. LEPIDUS. M. F. M. CURIUS. M. F. COSS. III. S. P. Q. R. appoſite Seneca Nat. Quæſt. lib. V. cap. XVII. *Divus Auguſtus templum Circio vento, cum in Gallia moraretur, & vovit & fecit.*

Pontifex maximus factus eſt] Tolle verbum ſubſtantivum. mox bene Manutius, *circumdata lævo brachio togæ lacinia.* de quo plura nos ad fragmentum Petronii Tragurianum.

Hoc initium in urbe Roma civilis ſanguinis] Poterat abeſſe *Roma.* tamen noſter & infra pari modo cap. CXI.

CAP. IV. *Ariſtonicus mortuo Rege Attalo, à quo Aſia populo Romano hereditate relicta erat*] Vetuſtus liber, *Ariſtonicus qui mortuo Rege Attalo, à quo Aſia P. R. hereditati.* nec tolli debuit τὸ *qui.* ſed ſcribendum inferius, *occuparat victus* excluſo τῷ *is*: certe prima editio, *occupaverat*, non *occupat. Ariſtonicus, qui mortuo rege Attalo, à quo Aſia P. R. hereditate relicta erat, ſicut relicta poſtea eſt à Nicomede Bithynia, mentitus regiæ ſtirpis originem, armis eam occuparat, victus à Marco Perperna* &c. Deinde, ut tollatur loci perplexi obſcuritas, caſtigato, *ſub Manio Aquillio*, pro *ſed Manio. Victus à Marco Perperna, ductuſque in triumpho ſub Manio Aquillio, capite pœnas dedit.*

Decedentem ex Aſia proconſulem] Malo *proconſule.* etſi alterum quoque dici haud ignoro.

Miſſuſque in Hiſpaniam, fortunæ virtutique expertæ in Africa reſpondit in Hiſpania] Tollendum omnino, *in Hiſpania.* eſt enim ſuperfluum, cum *miſſuſque in Hiſpaniam* modo præceſſerit, ut videmus.

Quæ nullius ad id temporis præterquam avito fulgore vinceretur] Simplicius dixiſſet *quæ nullo*, *niſi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

niſi avito fulgore vinceretur, vel *nullius*, *niſi avi fulgore*.

CAP. V. *Ante tempus exciſæ Numantiæ præclara in Hiſpania militia Auli Bruti fuit*] Hic denuo ab interpolatoribus præter rem inculcatum eſt *in Hiſpania.* ut & mox. *Contrebiam nomine in Hiſpania.* nec multo poſt, *diſciplinæ in Hiſpania fuit clariſſimus.* Omnia enim hæc de bellis in Hiſpania non uno anno geſtis accipienda, quæ noſter uno tenore conjunxit.

CAP. VI. *Longe majora & acriora repetens*] Puto, *longe majora, ut acrior appetens. & acrior repetens* Lipſius. Vult Velleius Caium Gracchum acrioris ingenii fuiſſe quam Tiberium, ac majora proinde aggreſſum. quod ipſum alii quoque teſtantur. *repetendi* verbo potuit tamen uſus eſſe Velleius, quod Caius non primus remp. conturbarit, ſed ſecutus fraternum exemplum.

Quem C. Graccus in locum Tiberii fratris Triumvirum nominaverat, eumque ſocium regalis aſſumpſerat potentiæ] *cum ſocium* vetuſtus liber. Lege *eoque ſocium*. ſic cap. LX. ſub finem, *inter diſſimillimos creſcebat odium, eoque C. Cæſar juvenis quotidianis Antonii petebatur inſidiis*. cap. CIX. *Eratque etiam eo timendus, tanquam in omnes ſemper venturus*. cap. CXV. *immunes adhuc clade belli, & eo feroces ac truces*. Nihil magis obvium apud optimos ſcriptores. Tacito id ipſum non ſemel reſtituimus.

Qui more Coclitis ſuſtentatis in ponte hoſtibus ejus gladio ſe transfixit] Bene politiſſimus Grævius, *ſuſtentatis in ponte hoſtibus ejus, ſe gladio transfixit*. Nec incommode τὸ *ejus* deleri poterit, quod otioſe inculcatum à mala manu apud Velleium occurrit haud infrequenter.

CAP. VII. *Viva adhuc matre Cornelia, Africani filia*] Delendum *Africani filia*. Cum enim Graccos Africani nepotes jam dixerit, ſuperfluum

eſt

eſt repeti denuo, natos ex Africani filia hos ipſos fuiſſe.

In pontem lapideum januæ carceris] An *in frontem lapideam*? quamquam nec diſplicet Voſſianum illud *in poſtem*. Quomodo Val. Maximus IX, cap. XI. de Herennio Siculo: *Cum in carcerem duceretur, in ejus poſtem illiſo capite in ipſo ignominiæ aditu concidit*. deinde puto, *Crudeles æque mox quæſtiones in amicos clienteſque Graccorum habitæ ſunt*. non *crudeleſque*. poſt facinus crudele de Fulvii Flacci filio alia æque crudelia ſubjicit de amicis clientibuſque Graccorum.

Rei tantæ parum ad notitiam pertinens interponetur] Ni fallor, *parum id ad notitiam pertinens interponatur. interponatur*] ſic ſolet noſter. ſic lib. I. cap. XVII. ut caſtigavimus, *Tranſeat admiratio à conditione temporum*. ubi vide annotata noſtra.

Factum Opimii, quod] Malo. *quo inimicitiarum quæſita erat ultio*, vel, *quod eo*. deinde, *ut viſum privato odio magis, quam publicæ vindictæ dari*. Nam *ultio* perperam geminatur, ut & Lipſius vidit.

CAP. IX. *Nam cenſura Metellorum*] *Nam cenſus* in editione prima erat. cur id immutarunt? *cenſus* enim & *cenſura* promiſcue confunduntur. cap. XXXVI. *nam vivorum, ut magna admiratio, ſic cenſura difficilis eſt*. pro æſtimatione videtur poſitum. Non enim id agit in hoc opere Velleius, ut cenſuram aut in mortuos exerceat aut in vivos.

Qui porticus, quæ hodieque celebres ſunt molitus] *Qui porticus hodieque celebres molitus eſt*. brevius poterat dixiſſe, & dixit, ſi quid video.

Namque Mucius juris ſcientia, quam propriæ eloquentiæ nomine celebrior fuit] *quam proprio eloquentiæ nomine*, puto. hoc eſt, ipſa eloquentia. deinde probe Lipſius, *Nam Q. Mucius*, cum Aldo Manutio.

Ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Magnumque inter hos ipſos facientis operi ſuo locum] Excidit haud dubie nomen *Ennii* hoc loco: *magnumque inter hos ipſos facientis operi ſuo locum Ennii.* cur enim tam celebris poëtæ non meminiſſet inter complures alios minoris famæ, quos huc congeſſit? & tamen ſecuri interpretes hunc ſcopulum præternavigarunt. Confirmant ſequentia: *ut in illis plus limæ, in hoc pæne plus videatur fuiſſe ſanguinis.* Nam in Ennio ab antiquis requirebatur lima. unde & *rudis* dictus ut-plurimum, & *arte carens.* certe apud Statium Lucani Genethliaco:

Cedat Muſa rudis ferocis Ennî.

Et apud Naſonem Triſtium ſecundo:

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Eidem Naſoni in Amoribus,

Ennius arte carens, animo ſiqui Accius oris.

Non meminit quidem Ennii noſter libro I. cap. XVII. ubi de Accio, Cæcilio, Terentio, & Afranio agit: ſed cauſam præmittit, *nam niſi aſpera ac rudia repetas, & inventi laudanda nomine.* quod ad Ennium eique ſuppares referri debet, qui *aſperi & rudes.* ita & mox noſter *Pomponium ut verbis rudem* culpat. hoc in numero & Lucilius, ut *rudis*, à noſtro cenſetur. unde fit, ut ne ejus quidem ſupra meminerit. nam & Auſonius epiſtola ad Tetradium Muſas ejuſdem *rudes* dixit.

Rudes Camenas qui Sueſſæ prævenis,
Ævoque cedis, non ſtilo.

Patria enim Sueſſanus Lucilius. Porro nec alio, quam ad Ennium, referenda Horatiana illa Sermonum lib. I Sat. X.

Fuerit Lucilius, inquam,
Comis & urbanus: fuerit limatior idem,
Quam rudis & Grajis intacti carminis auctor,
Quamque poëtarum ſeniorum turba.

Quis enim in hiſce literis, & in omni antiqui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

tatis ſtudio adeo eſt tiro, ut Ennium Lucilio vetuſtiorem eſſe, atque ab eodem Satyras fuiſſe conſcriptas, quas Grammatici veteres in teſtimonium vocent frequenter, ignoret? Verum prodeunte in hanc ſcenam Lucilio, Ennianæ Satyræ, ut duriores multo impolitioreſque, ſordere cœperunt: æque ac Lucilianæ poſt Horatium hoc in genere ſcribendi omnium feliciſſime verſatum. Miror in hoc Horatii loco, tanquam in vado, hæſiſſe virum exquiſitæ eruditionis Dionyſium Lambinum. Nam quod Lucilium Satyræ inventorem idem Flaccus paullo ante facit, liquet inde Satyras Ennianas contemtim, ut rudes nimis ac impolitas, ab illo habitas. *rudis* enim ſecundi caſus eſt, & ad carmen reſpicit. ſic Naſo Triſtibus:

Quicquid in his igitur vitii rude carmen habebit.

Hoc eſt carmen illimatum. Nec *intactum Grajis carmen* alio referri poteſt, quam ad Satyram Romanorum inventum. *Satyra tota noſtra eſt*, inquit Quinctilianus. Ut *rudis* igitur *Ennius* peculiari quadam nota à Romanis deſignatur. unde & manifeſtum fit, *Rudium* pro *rudi* in Horatiano loco non eſſe reſtituendum, quod nonnemini videbatur. Cum ut *cura carentem* Ennium hunc ipſum alibi idem Flaccus notarit, quod tantundem eſt. Nec diſſentit noſter, qui in eo *limam* requirit, ut videbamus modo. Paulo ante ſcribendum *fuere ingenia* &c. *in Græcorum ingeniorum comparationem evecta.* Certe in hiſce Ennius omitti haudquaquam debuit, quem *ingenio maximum* antiquis habitum ex Naſone jam obſervavimus.

CAP. X. *Ut clariſſima, ita artata numero felicitas*] Corrigunt *ſacrata numero felicitas*, & ad ſeptenarium numerum Pythagoricum referunt. ingenioſe, non nego, ſed contra hiſtoriæ fidem. *artata numero felicitas*, quod *ſingulis parentibus geniti*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

niti tot Domitii ad conſulatum omnes pervenerè. ſingulis parentibus geniti dicuntur (nam cave *ſinguli parentibus geniti* reſcribas cum Lipſio, in ceteris hujus loci illuſtrandis feliciter prorſus verſato) qui unici ſunt parentibus ſuis. τὸ *artata* vocabulum Velleio eſt familiare: ſic *artati temporis ſpatium* lib. I. cap. I X. & *artata anguſtiis temporum* ibidem, & *in tranſcurſu artati operis* lib. II. c. LXXXVI. *ſingulis parentibus genitos* tantundem eſt, inquam, ac ſi dicas omnes fuiſſe parentibus ſuis ſingulos ac unicos. de quo nos loquendi modo complura ad fragmentum Tragurianum Petronii congeſſimus.

CAP. XI. *Morandique in imperiis*] *Immorandique* pro diverſa ſcriptura liber antiquus, quod prætulerim. τὸ *in* redundat eleganter.

Et meritum virtutique cognomen Numidici inditum] Lege *emeritumque ei virtute cognomen Numidici inditum. emereri* pro *mereri.* ſic *emeritus triumphus* lib. II. cap. IV. & XLVII. *quid emeruiſſent.* cap. LXVI. quod illic ſollicitari non debet. nec aliter Naſo, Propertius, atque horum temporum ſcriptores. ſic & forte ſcribendum cap. LXXXI. *Agrippa ſingulari virtute emeruit.* & cap. CXVI. *honores excellenti virtute emeruit.*

CAP. XII. *Jam tunc ut præcaventibus fatis*] Locus haud dubie mendoſus. Lipſius *patriæ caventibus fatis.* ſed τὸ *ut* ſatis demonſtrat neſcio quid dicti inſolentioris hic latere. Forte, *ut prævaricantibus fatis. Prævaricantur* judices, qui cum reo colludunt. Marcello ad SC. Turpilianum *prævaricari accuſator* dicitur, *qui vera crimina accuſati abſcondit.* Ita *prævaricari fata* hic dicuntur, quæ favent hominibus in perniciem reip. natis. Lucanus de Mario hoc ipſo lib. III. *Vir ferus & Romam cupienti perdere fato Sufficiens.* Romam velle perdere, quam ſingulari favore in ſummum ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

rarum culmen evexerat, prævaricantis eſt fati. ſic & Tacitus Hiſt. I. cap. L. de Othone & Vitellio: *Tum duos omnium mortalium impudicitia, ignavia, luxuria deterrimos, velut ad perdendum imperium fataliter electos non ſenatus modo & eques, ſed vulgus quoque palam mœrere.* ubi malim *fataliter evectos.* neuter enim electus aut à Senatu aut à prædeceſſore. ſed ad rem. *prævaricator cauſæ publicæ* in epiſtola Cœlii ad Ciceronem lib. VIII. cap. XI. Verùm de prævaricandi verbo ejuſque ſignificatu non uno copioſe præter cæteros egit vir, ſi quis alius, de antiquitate omnique re litteraria pulcherrimum meritus in modum Ægidius Menagius Juris Amœnitatibus. Habet & nonnulla ad Solinum Salmaſius. In Gloſſariis Labbæi, ἡ ἀπόστασις, *prævaricatio.* quæ in aliis eſt, *rebellio, ſegregatio, abitus, defectio, ſpatium.* denuo: *Prævaricatio,* προδοσία, παράβασις, καθύφεσις. *Prævaricantes,* παραβαίνοντας; παραβάτας. *prævaricat,* διασκελίζει. *prævaricatio,* ἡ ἀπόστασις, παράβασις. *prævaricator,* καθυφέτης, πλαστοκατήγορος, προδότης, παραβάτης.

CAP. XIII. *Minoribus perceptis*] Concinnius, *minoribus præceptis.* ut alii jam monuerunt. ſed & corrigendum *majora permitterent.* ut tollatur ambiguitas orationis. *permitterent.* plebs ſcilicet. tum dele mox τὸ *ejus. quam optime ab ipſo cogitata.* aliter Lipſius.

CAP. XIV. *Immenſa illa & incognita multitudine*] *Incondita.* nec dubitare Lipſius debuit, Taciti ſui hic oblitus. Is Annal. lib. II C. LII. & Hiſt. IV cap. LXVII. *inconditam turbam* parili modo dixit. Annal. lib. II cap. XII. *Audiri fremitum equorum, immenſique & inconditi agminis murmur.* Ann. III. cap. XLII. *inconditam multitudinem disjecit.* cap. XLV. *inconditique ac militiæ neſcii.*

Domum in Palatio in eo loco] Alterum *in* redundat.

CAP. XVI. *Cujus pietati plenam populus R. gratiam retulit*] Vetuſtus codex inſerebat *cujus ille pietati*. Nec de nihilo id inſertum videri poteſt. Quare opinor excidiſſe litteras nonnullas, quomodo & alibi peccatum, ac ſcribi oportere, *cujus illibatæ pietati*. ſic *illibatam magnitudinem* habes infra cap. XLVIII. Gloſſæ Labbæi: *Inlibata*, ἄχραντα, ἄθραυστα, ἄκτα, ἀνάλωτα, ἀκίνητα, ἀκέραια, ἄφθαρτα, ἀκαταφρόνητος, ἀκαινοτόμητος, ἀνάσπαυστα, *inlibatus*, ἄθικτος.

Quod appellarent Italicum] *Quod appellarunt* vel *appellatur* puto. deinde pro *rempublicam* codex vetuſtus *rempublicam P. R.* hoc eſt *remp. populi Romani*. bene. ſic paſſim loquuntur veteres. Vide Voſſium.

CAP. XVII. *Petenſque conſulatum pæne omnium civium ſuffragiis factus eſt. ſed eum honorem*] Locus interpolatus. Scribe, *petenſque conſulatum, pæne omnium civium ſuffragiis eum honorem undequinquageſimo ætatis ſuæ anno aſſecutus eſt.* τὸ *factus eſt ſed* ab inſcito nugatore jam olim aſſuta ſunt. paulo aliter Gruterus.

CAP. XVIII. *Quos quidem eadem die atque hora, redditis civitatibus litteris, ingenti cum pollicitatione præmiorum interimi juſſerat*] Videtur & hic locus malam manum expertus. Malim, *redditæ civitatibus litteræ &c. interimi juſſerant*. ipſius nimirum Mithridatis litteræ. vel, *redditis civitati cuique litteris interimi juſſerat*.

Omnes provincias concupiſcenti addixit] Lege *concupiſcenti ſe addixit*. ſed & τὸ *tulit* paullo poſt, cum mox ſubſequatur, videtur expungendum.

CAP. XIX. *Magno ejulatu exprom enti indignationem caſus tanti viri*. Puto, *magnos ejulatus exprimente indignatione caſus tanti viri*. ni *expromenti* retineri placet. Indignatio hujus caſus exprimebat ejulatus, non ejulatus indignationem. Seneca in Excerptis: *Dolor clamorem exprimat, dum ſecreta non exprimit.*

CAP. XX. *Quippe Pompejus collega Sullæ*] *Quippe Q. Pompejus.* tum *ſeditione, quam dux civerat.* vel *concitarat.* non *creaverat. creare ſeditionem* parum Latinum eſt. nec male *exciverat* vel *excitaverat* Burrerius. *ciere bellum, rixam, armatos* alibi apud noſtrum.

CAP. XXI. *Sub ipſis mœnibus ſociiſque urbis Romanæ*] Lipſius *oculiſque*, Voſſius *fociſque.* haud male uterque. Putem nihilominus *foſſiſque.* quæ cum mœnibus rectius conjunguntur. Tacitus Annal. XII cap. XVI. *urbem editam loco, & mœnibus foſſiſque munitam.*

CAP. XXII. *Neque licentia immediocri ſævitum*] Sic vetuſtus liber. ſcribe *neque licentia in mediocria ſævitum.* deinde corrigendum, *ſed excelſiſſimi quoque atque eminentiſſimi civitatis viri.* nam & ſic in membranis fuit: niſi quod *eminentiſſimi* pro *eminentiſſimæ* eſt à nobis.

Mortem magis voto quam arbitrio inimicorum obiit] Opinor *mortem magis ſuo voto.* exciderat τὸ *ſuo.* quod ex ultima littera τ͂ *magis* & prima ſyllaba τ͂ *voto* iterari oportuit. ſic infra cap. XXVI pari modo ſcribendum reor, *nunc ſua virtute eminet, patria latet.* ubi ſimiliter peccabatur. c. LV. *Ibi primo varia fortuna pugnavit, mox ſua.* ut pulcherrime caſtigavit magnus Lipſius.

CAP. XXIII. *Nimirum veri*] Recte alii *nimium.* Fors ſit tamen, ut dederit Velleius, *næ nimium veri vetuſtatiſque ignarus eſt.*

Parentem ante omnia ſupplicemque Mithridatem invenit] Fuit cum præſtare opinarer, *terrentem ante omnia ſupplicem Mithridatem invenit.* poteſt & vulgata ferri.

CAP. XXIV. *Cæleſtem ejus vitam & memoriam futuram*] *Celebrem* Lipſius. ſed non ſatis id exprimit Plutarchi illa, μέγιστον γενέσθαι. *cæleſtem plus quam humanam, dis æquandam. Cæleſtes legiones* in

Verri-

Verrinis vocat Tullius, quod optime rem geſſiſſent. Marmor antiquum. JUNIÆ. C. SILANI F. TORQUATÆ. SACERDOTI. VESTALI. ANNIS. LXIV. CÆLESTI. PATRONÆ. ACTIUS. L. Auguſtus epiſtola ad Tiberium apud Suetonium: *Benignitas enim me mea ad cæleſtem gloriam efferet.* Sed ne ad exteros confugiamus, noſter infra cap. LXIV. *Tullius fulgentiſſimo & cæleſti ore lacerabat Antonium.* mox cap. LXVI ejuſdem *os cæleſtiſſimum*, & cap. CIV res à Tiberio geſtas *opera cæleſtiſſima* dixit: cap. XCIV. eundem, *præceptorum cæleſtium diſciplinis innutritum.*

CAP. XXV. *Dum vincit mitiſſimo ac juſtiſſimo lenior*] Vetuſtus liber non habebat τὸ *mitiſſimo*, ſed ſolum *ac juſtiſſimo*. Ni fallor, ſcribendum; *dum vincit, placidiſſimo lenior.* ſic *placidiſſimus deorum ſomnus* Naſoni. duas priores litteras hujus vocabuli librarius omiſerat. deinde *ſt* mutandum in *d*. Longius abit Lipſianum *juſto lenior* vel *mitiſſimo. Audito crudelior*, ſic interpretare. Fuiſſe crudeliorem Sullam, etiam quam audiret, cum haberetur & audiret crudeliſſimus: idque adverſus morem Famæ uſitatum, quæ omnia in majus ſolet extollere. Vide annotata noſtra libro II cap. CXXI.

Aquas ſalubritate in medendiſque corporibus nobiles] Scribe *aquas ſalubritate medendiſque torporibus nobiles.* τὸ *in* in vetuſto Velleji codice frequenter redundat. Vide nos ad cap. LXVIII. *gratis* non *grates* paullo ante codex vetuſtus teſte Burrerio. ubi nota priſcam ſcribendi rationem, de qua nos ad Maronem. nec dubium mihi, quin & alibi locorum ſimilia exſtiterint in membranis Vellejanis. In ceteris locum hunc totum optime inſtauravit Voſſius, niſi quod *Dianæ numini* non eſt ſollicitandum. malim etiam *& agros omnes addixit Deæ*, quam *agroſque. medendis corporibus* magis

 ferri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ferri poſſet, ſi de ſauciis ageretur. ut apud Livium de Papirio Curſore lib. VII.

Damaſippus prætor Domitium] An *Damaſippus prætor prætorem Domitium*? nam & ceteris à Damaſippo trucidatis dignitatem ſubtexit, qua fungebantur, dum occiduntur. poſſis & *Damaſippus præter Domitium, Scævolam etiam.*

Nunc virtute eminet, patria latet] Locus varie tentatus. ſupra monui ſcribendum videri, *nunc ſua virtute eminet.* quod & Acidalio veniſſe in mentem poſtea deprehendi. Niſi mavis, *Nunc ſua & viri virtute eminet. patria* pro *paterna. paterna latet virtute*, quod Beſtia opprobrio potius quam virtute ſpectatus. ſed & paullo ante, pro illis *quantum hujus gloriæ famæque acceſſit*, cenſeo debere ſcribi, *quanta hujus gloriæ famæque acceſſio*! quod longe elegantius. *acceſſio* gloriæ ac famæ mariti Antiſtii uxor Calpurnia. venuſta epexegeſis & Velleio familiaris. Livius lib. XLV. cap. VII. *Syphax rex captus acceſſio Punici belli fuerat, ſicut Gentius Macedonici.* Seneca Conſolatione ad Helviam: *parva ingentis ruinæ acceſſio fui.* Conſolatione ad Marciam ſub finem: *Nos quoque felices animæ & æterna ſortitæ, labentibus cunctis & ipſi parva ruinæ ingentis acceſſio, in antiqua elementa vertemur.* de Beneficiis lib. II cap. XXXII. *Hæc non imperfecti officii reliqua pars eſt, ſed perfecti acceſſio.* lib. IV. cap. I. *Si quid forte obvenerit commodi, inter acceſſiones numerabis.* Ep. LXXXVII. *Quis pleno ſacculo ullum pretium ponit, niſi quod pecuniæ in eo conditæ numerus effecit? Idem evenit magnorum dominis patrimoniorum; acceſſiones & appendices illorum ſunt.* de Vita beata: *Voluptas non eſt merces nec cauſſa virtutis, ſed acceſſio.* ſic ille paſſim. Seneca pater Suaſoria VII. *Lepidus ſemper alienæ dementiæ acceſſio.* Digeſt. de Verb. Obligat. Paulus L. *Si ſervum ſtipulatus: Acceſſio eſt fidejuſſor, qui principali debitori accedit.* Plinius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

nius prooemio libri XXXIII. *Turba gemmarum potamus, & ſmaragdis teximus calices, & aurum jam acceſſio eſt.* & lib XXIX. c. I. *ne videatur acceſſio alterius.* Florus lib. II. cap. IX. *quicquid inſularum in eo mari jacet, Ætolici belli acceſſio fuerunt.* lib. III. cap. I, *qui ſuis rebus diſſiſus, dum alienæ cladis acceſſio fieri timet.* Hæc nimio plura.

CAP. XXVII. *Vir domi belliqne fortiſſimus*] *Vir animi belliqne* in vetuſto codice. Forſan, *vir animo domi bellique fortiſſimus.*

In diverſas agrorum partes ferunt] *Fuerunt* Rhenani editio. ſi quid mutandum, putem, *vergunt.* ut apud Naſonem Faſt. I.

Ora vides Hecates in tres vergentia partes.

Ita nos illic è ſcriptis. ſed *ferunt* vel *feruntur* tolerari poteſt.

Non obſcuratur ejus memoria] Membranæ *civis memoria.* Opinor, *civis hujus memoria.*

Quibus ſine nomine Sullanæ victoriæ celebrantur] Membrana *qui ſub ejus nomine.* cur mutarunt? niſi quod *ejus* videtur ſupervacuum, ac proinde tollendum. *qui ſub nomine Sullanæ victoriæ celebrantur.*

CAP. XXVIII. *Partium ejus viri*] τὸ *viri* non placet hoc loco. Forte, *magnificis præliis partium ejus hoſtilem exercitum ſuderant duo Servilii.* ut alterum irrepſerit ex interpretamento. duo Servilii partium ejus hoſtilem exercitum ſuderant.

Vſum dictatoris] Rhenani editio prodigioſe corrupta ſic habet: *uſum dictatoris aut metu deſideras tulio co timuiſſe poteſtatem imperio, proh res ad vindicandum maximi periculi ſpolia muſi erant eo, immodicæ crudelitatis* &c. ut quam proxime inſiſtamus veſtigiis ſcripturæ veteris, videtur caſtigandum, (*uti* (ſic v. c.) *adpareat, populum Ro. uſum dictatoris aut metu deſideraſſe, aut ilico timuiſſe poteſtatem*) *imperio quo priores ad vindicandum à maximis ſe periculis* [*olim jam*] *uſi erant, eo immodi-*

ca crudelitatis licentia abuſus eſt. τὸ *abuſus eſt* à Lipſio occupatum video. *deſideras* pro *deſideraſſe.* ut infra cap. LXIV idem codex *peris* pro *periſſe. In rebus trepidis ultimum conſilium Dictatura* Livio. Appianus: οὓς δικτάτορας ἐκαλοῦντο, ἐπὶ ταῖς φοβερωτάταις χρείαις ἑξαμήνους τιθέμενοι. ut recte dicatur à Velleio dictatura numquam deſiderata, niſi cum metus (ab hoſte nimirum) ingrueret, quo amoto, poteſtatem nimiam ilico timuiſſe ac ſuſpectam habuiſſe populum Romanum. τὸ *metu* huc revocavimus, quod Velleio in deliciis. vide annotata ad cap. CXX. τὸ *aut* pari modo geminatur cap. CXXV. *nec diu latuit, aut quid non impetrando paſſuri fuiſſemus, aut quid impetrando profeciſſemus.* poſſis nihilominus quoque, *ut in metu deſideraſſe, ita illico timuiſſe poteſtatem.* Hunc quippe honorem diuturnum Sylla, Cæſar perpetuum cum ſibi vindicaſſent, facile apparuit ſubverti hoc ipſo libertatem. *in metu.* ut apud Tacitum Ann. XV. cap. XLV. *Egeſto è templis auro quod omnis populi Romani ætas proſpera re aut in metu ſacraverat.* Hiſt. I. cap. LXXXVI. *plura alia, olim in pace obſervata, quæ nunc tantum in metu audiuntur: ad vindicandum ſe priores uſi* pro *ad vindicandos* archaiſmus eſt, nec infrequens bonis ſcriptoribus. mox ſequitur: *indicium hiſtrioni exoleto redditur, in ea jugulati civis reip.*] Et hic locus eſt in vexatiſſimis. ſed videamus veterem ſcripturam, quæ habet, *judicium hiſtoriarum ex alto redditur.* ſcribendum videlicet minima mutatione, *ut in qua civitate petulantis convitii judicium hiſtrioni rarum ex alto redditur, in ea jugulati civis reis conſtitueretur auctoramentum.* hoc ſenſu dicitur, *rarum hiſtrioni judicium petulantis convitii ex alto reddi,* quia, cum hiſtriones ad judicem deferrent, ſe petulanti convitio pulſatos eſſe à civium quocumque, judicium eis ut rarum ex alto, ſic de plano ple-

rum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

rumque redditum fuiſſe: quod leges forent in promptu; quæ vetarent hiſtrioni convitium fieri, ne longa diſceptatione hic opus foret. *ex alto judicium reddi*, pro è tribunali dixit. Aliter capienda illa apud Maronem, *Quid cauſas petis ex alto?* & apud Senecam lib. I. de Ira, *ſi intelligit, non ex alto venire nequitiam, ſed ſummo, quod ajunt, animo inhærere.* lib. III. cap. XLIII. *ex alto* poſuit pro ſuperbe. *Quid illum nimis ex alto tecum agentem detrahere cupis?* pro *reip.* (ſic enim vetuſtus liber) *reis* ſcripſi. Placuit multis *judicium hiſtrioni exoleto redditur.* quod tamen ſi admittimus, peccabit eas in leges Velleius ipſe, per quas negat licuiſſe convitium hiſtrionibus fieri. De auctoramento jugulati civis proponendo rem etiam ſupra noſter improbavit cap. VI. *Id unum nefarie ab Opimio proditum, quod capitis, non dicam Gracchi, ſed civis Romani pretium ſe daturum, idque auro repenſurum, propoſuit.* De hac ipſa Syllana proſcriptione Seneca lib. V. de Benef. c. XVI. *Proſcriptionem commentus eſt, (Dii magni!) ut qui civem Romanum occidiſſet, impunitatem & pecuniam tantum non civicam acciperet.*

Nec tamen in eis, qui contra arma tulerant] Perſpicua & nulli difficultati obnoxia erunt omnia, ſi ſcribimus, *Nec jam in eos.* Ut deſignet, non ſtetiſſe victoris ſævitiam in iis puniendis, qui contra arma tulerant, ſed ultra proceſſiſſe.

Sed ex dignitate conſtantiaque in illam conveniens amplitudinem, fortunamque ejus ad ultimum] Sic princeps editio. ſcribe, *ſed ex dignitate conſtans, atque in illam conveniens amplitudinem, fortunam quæ ejus ad ultimum vitæ comitata eſt diem. dignitatem formæ* Agræcius Grammaticus virorum propriam facit, etiam Nonius Marcellus, ſecuti uterque Ciceronem: cui in Epiſtolis alicubi dignitas virilis, muliebris venuſtas, eamque defor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

mitati contrariam ſtatuit. Idem lib. I. de Officiis. *Dignitas formæ coloris bonitate tuenda eſt.* Tacitus Annal. XI cap. XXVIII. ubi de Silio Meſſallinæ adultero agit: *Juvenem nobilem, dignitate formæ, vi mentis, ac propinquo conſulatu, majorem ad ſpem accingi.* lib. XII cap. LI. *Interim Zenobiam placida eluvie ſpirantem ac vitæ manifeſtam advertere paſtores, & dignitate formæ haud degenerem reputantes obligant vulnus.* ubi legem Grammaticorum nutare licet agnoſcas. Sed Tacitus voluit, non tam è venuſtate quam dignitate formæ collegiſſe paſtores, haud humili loco prognatam feminam, quam ejectam fluvio ſeminecem inveniſſent. Plinius Panegyrico ad Trajanum: *Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, & dignitas oris, nonne longe lateque principem oſtentant?* Laberius apud Macrobium Saturnal. lib. II. *quid ad ſcenam adfero? decorem formæ, an dignitatem corporis?*

CAP. XXIX. *Cum omnes cives jure haberet pares*] Malim *haberentur pares.* mox pro *prudentia excoluit*, prima editio *prudentiæ celeriora.* Lege *prudentia expolierat*, vel *excoluerat*, ut aliis viſum. *excolere ſe* frequenter occurrit apud Senecam.

CAP. XXX. *In ſummum faſtigium vectum*] *Evectum* malim, ut paſſim loqui amat Velleius. paullo ante ſcribendum, pro *Etoſcæ*, quod vocabulum nihili eſt, *ut Oſcæ interemit*, &c. *Metellus & Pompejus ex Hiſpaniis* (ſic enim vetuſtus codex, non *Hiſpanis*) *triumpharunt. ut* pro poſtquam vel ex quo uſitatiſſimum optimo cuique veterum ſcriptorum, poſt quam Perperna Sertorium Oſcæ, (quæ civitas Hiſpaniæ ex præcipuis) interemit inter cœnam, ex Hiſpaniis Metellus & Pompejus triumpharunt. ita cohærere hæc debent.

Cujus Sulla imaginem in jure reliquerat] Sic princeps editio. Locus variis conjecturis obnoxius. alii,

alii, *ſine re*, *ſine jure*, *in urbe*, & ſimilia. Lego, *imaginem ſine vi.* nam poſterior ſyllaba in *jure* perperam è proximo *reliquerat* geminata eſt. Appoſite omnino Suetonius in Cæſare cap. v. *Auctores reſtituendæ tribunitiæ poteſtatis, cujus vim Sulla diminuerat, enixiſſime juvit.* nec abludunt illa Ciceronis pro domo ſua: *ſuperare furioſam vim veſani tribuni plebis.* ubi *vis* tribunatui quoque tribuitur. *vis* pro poteſtate. utrumque conjungunt frequenter ſcriptores. ſic apud Martialem:

Cæſar habet numen: ſacra eſt vis, ſacra poteſtas.

Tacitus Hiſt. II cap. XXXIX. *Honor imperii penes Titianum, vis ac poteſtas penes Proculum.* ſic *regia vis* c. CVIII. & *vim conſulatus* dixit c. XLVII. cap. LXXXIX. *reſtituta vis legibus. ſpecies* eſt Tacito, quæ noſtro *imago*. Annal. III c. XXX. *ſpeciem magis in amicitia principis, quam vim, tenuit.* cap. XXXI. *Vectigal quoque quintæ & viceſimæ venalium mancipiorum remiſſum, ſpecie magis quam vi: quia cum venditor pendere juberetur, in partem pretii emtoribus accreſcebat.* lib. II, *favorabili in ſpeciem oratione vim imperii tenuit.* lib. XV cap. LXIX. *quia ſpeciem judicis induere non poterat, ad vim dominationis converſus eſt.* ſic & *ſpecies* uſurpatur à Suetonio vita Divi Julii cap. LXXVII. *Nihil eſſe remp. appellationem modo ſine corpore ac ſpeciem.* Ita caſtigaram, cum in vulgatis exſtet *ac ſpecie*, quando didici id ipſum à Salmaſio quoque in ora codicis ſui annotatum. Perperam magnus Caſaubonus *ſine corpore ac re.* Idem Tacitus Ann. v. cap. x. *Jam juventutis concurſu, jam publicis ſtudiis frequentabatur, lætus præſentibus & inanium ſpecie.* ſic meo periculo caſtigandum. nunc circumfertur *inanium ſpe.* Denuo idem Ann. XIII cap. VIII. *Corbulo corpore ingens, verbis magnificus, & ſuper experientiam ſapientiamque etiam ſpecie inanium validus.* De *imagine* ecce alium ejuſdem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Taciti locum inſignem Ann. VI cap. XXVII. *extremo anni mors Ælii Lamiæ funere cenſorio celebratur, qui adminiſtrandæ Suriæ imagine tandem exſolutus urbi præfuerat: genus illi decorum, vivida ſenectus, & non permiſſa provincia dignationem addiderat.* apud Naſonem *ſpecies* quoque ſimili notione:

Truncus iners jacui, ſpecies & inutile ſignum:
Nec ſatis exactum eſt, corpus an umbra forem.

Ceterum Suetonii locus è vita Divi Julii modo caſtigatus à me, ubi *remp. appellationem ſine corpore & ſpeciem* vocat, alterum Taciti locum ut caſtigatum hic proponam (quando hanc digreſſionem nec injucundam Lectori, nec rei litterariæ omnino inutilem fore confido) à me impetravit. quod Suetonio *ſpecies & ſine corpore appellatio*, aliis ſcriptoribus *inane nomen*, vel *nomen vanum* & *vacuum* dicitur, *ſurdum nomen* Silio, Symmacho *nomen caſſum.* Tacito brevitatis ſtudioſo *nomen* ſimpliciter. Locus eſt de Germanorum moribus vexatiſſimus cap. XXXVI. *Inter impotentes & validos falſo quieſcas: ubi manu agitur, modeſtia ac probitas nomina ſuperioris ſunt.* Redde ſibi Tacitum, & ſcribe *nomina ſuperiori ſunt.* ultima littera ejus vocabuli temere ſubrepſerat è prima vocis ſubſequentis proxime. Illi, inquit, qui ſuperior evadit in bello, probitas & modeſtia inane nomen ſunt & contemnuntur, quod Naſoni eſt *nomen ſine re. Aut ſine re Deus nomen eſt, fruſtraque timetur.* ſed hæc pluribus exſequemur ad ipſum Tacitum, ſi vitam Deus concesſerit. Idem Tacitus cap. LX ejuſdem libri *vim* & *imaginem* tamquam contraria ponit. *Sed Tiberius vim principatus ſibi firmans imaginem libertatis Senatui præbebat.* Ann. XV cap. XIV. *Vaſaces imaginem retinendi largiendive penes nos, vim penes Parthos eſſe.* ut recte Mediceus codex. pari modo *vim* & *nomen* opponit

Ann.

Ann. VI cap. XLIII. *Sed inane nomen apud inbellem externa mollitia, vim in Abdageſis domo eſſe.* *inania* dixit lib. XV. cap. XXXI. *Non inerat notitia noſtri, apud quos vis imperii valet, inania tranſmittuntur.* ſic recte Pichena caſtigavit. in Hiſtoriis de Muciano, *vim principis amplecti, nomen remittere.*

XL *Millia hominum*] Nimis exiguus numerus, in quo variant ſcriptores. princeps editio, XL à CCC hominum. Forte X̄C *aut* C̄ *hominum.* nonaginta aut centum hominum millia.

Mox Romanorum omnium principem] Vetus editio, *mox reip. omnium principem.* ſed τὸ *omnium* ex ſuperiori *hominum* temere repetitum eſt ab indiligente librario. Scribe *mox reip. principem.* talis enim & cap. XLIV. deſcribitur. ni mavis *mox reip. omnis principem*, vel, *omnino princeps reip.* pro principe Senatus. quæ dignitas annua, ut in plures conferri potuerit. Principes quoque Pompejus & Cæſar. ſed ante hos in principem Senatus videtur Craſſus fuiſſe electus, ac proinde dici *princeps omnis reip.*

Et per omnia majore vi habebatur] Hæc nihili ſunt: nec refello aliorum conjecturas. quarum audaciſſima illa, quæ editiones occupavit nonnullas, *pæne homine major habebatur.* Nam quod apud Cornelium Tacitum initio libri Hiſt. IV habes, *Cæſar Titus perdomandæ Judææ delectus à patre, & privatis utriuſque rebus militia clarus, majore tum vi famaque agebat*, illud *majore vi agebat* referendum ad ſuperiora, *quam privatus* ſolebat olim. At hic corrigatur, *major cive habebatur*, vel, quod verius, *civi.* ſic cap. LXXVIII apud hunc ipſum *fuſti* pro *fuſte* in vetuſto codice. *fuſti percuſſit.* *igni* pro *igne* locis compluribus apud eundem noſtrum quoque occurrit. *claſſi* pro *claſſe* cap. LXXIX. nec *civi* pro *cive* infrequens apud Ciceronem. De potentia vero Pompeii ultra civilem

lem modum ſemet efferente jam ſupra c. XXIX complura his ſimilia habuimus, & inter alia, indignatum Pompeium, quemquam ſibi æqualem dignitate conſpici in libera civitate, quæ omnes cives jure haberet pares. cap. XLVIII *primum omnium civium* hunc ipſum appellabit. Nihil igitur invidioſum magis potuit dici, quam ſi cive majorem faceret Pompeium. At Auguſtum Cæſarem Propertius non ſemel vocavit *civem*. Noſter etiam cap. XCIX. *Tiberium civium poſt unum Auguſtum* facit *eminentiſſimum*, non tamen cive majorem, ne Auguſtum quidem, cui Tiberium deſcribit æquatum. *Trajanum* quoque in Panegyrico Plinii *civem* vocari jam alii obſervarunt. Florus lib. I. cap. ult. *Manlium vero Capitolii vindicem, quia pleroſque debitorum liberaverat, altius ſe & incivilius efferentem, ab illa, quam defenderat, arce dejecit.* quod Tacito eſt Ann. I cap. XII. *plus quam civilia agitare. plus quam civilia cupere* Calpurnio Flacco Declamat. VI. Pompeius de ſe apud Lucanum aliquanto mitius benigniuſque:

Quo potuit civem populus perducere liber,
Aſcendi, ſupraque nihil, niſi regna, reliqui.
Non privata cupit, Romana quiſquis in urbe
Pompejum tranſire parat.

CAP. XXXI. *Belli more non latrociniorum orbem claſſibus jam piratæ tenerent*] Malim, *belli more non latrociniorum totum orbem claſſibus jam piratæ terrerent.* Paullo ante lego *& tamen.* nam *ſed* proxima periodo rurſus occurrit. tum mox videtur excidiſſe *res*, vel quid ſimile: *Perſona ut exemplo prodeſt vel nocet, ita rei invidiam aut auget aut levat.* Lipſius *ut exempla docent.* Hoc videtur velle Velleius, multum referre, in quem conferatur poteſtas magna. Invidioſa Pompeio fuit ea dignitas, cujus potentiam, jam ante ſuſpectam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Romani haberent; Antonio, qui eodem perfunctus erat honore, invidiam non conflavit, quod is auctoritate minus polleret. *rem* & *perſonam* ſic & alibi conjungit noſter: ut infra cap. CXVII *Rei cauſa perſona moram exigit.* ubi annotata noſtra conſulantur, ſi tanti eſt.

CAP. XXXII. *Per multa prælia multis locis victo*] *Per multa*, *à multis* ſcriptus liber. Lege, *per multa prælia jam multis locis victos.* poſtea bene idem ſcriptus, *ſunt qui hoc carpant.* non *hunc*, nec debuit mutari.

CAP. XXXIII. *Ex conſulatu ſortitus Aſiam*] Membrana *ex Cos.* hoc eſt *ex conſule.* quamquam & alterum probum eſt, de quo Voſſius plura.

Mithridatem] *Mithridaten* princeps editio: ut & alibi. tum mox *Tigranen* & *Xerxen.* & cap. XLVI *Euphraten* cap. LXXXII *Artavaſden.* *Limyran* cap. CII. *Segeſten* cap. CXVIII. & ſic fere ſcribendum ubique in Græcis nominibus opinor. Certe libri pervetuſti epiſtolarum Plinii, Gellii, aliorum paſſim *Demoſthenen*, *Sophoclen*, & ſimilia. *Ænean*, *Anchiſen* in antiquiſſimis membranis apud Maronem ubique invenies. hæc quamquam leviora, non tamen eſſe prætereunda nobis videbantur.

Pecuniæ expellebatur cupidine] *Debellabatur* Lipſius. Alii alia. Lege *impellebatur*, præceps agebatur. tale Maronianum illud,

Solus hic inflexit ſenſus animumque labantem
Impulit.

Et Lucani de Pompeio:

Totus popularibus auris
Impelli.

Sic milites *impulſi* dicuntur in prælio, qui loco moventur. Tacitus Hiſt. II. cad. LXIII. *ne allevaſſe videretur, impulit ruentem.* cap. C. *Nec ſciri poteſt, traxeritne Cæcinam, an eadem illos pravitas*

impu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

impulerit. Hiſt. IV cap. LXXVIII. *legio una & viceſima ſuſtinuit ruentes, mox impulit.* idem denuo Ann. III cap. LXIX. *Atque ille prudens moderandi, ſi propria ira non impelleretur.* idem Ann. XII. cap. XLVI. *Pollio occulta corruptione impellit milites.* Hiſt. I. cap. XIX. *ut quemque metus vel ſpes impulerat.* *juvenili impelli licentia* apud Petronium. Lucanus lib. VII.

Nec plura locutus
Impulit amentes aurique cupidine cæcos.

Seneca de Ira lib. II. cap. XXIII. *Quid quod non criminationibus tantum, ſed ſuſpicionibus impellimur.*

Lucullo infamiam pecuniæ] Non concoquo illam pecuniæ infamiam. τὸ *in* paſſim ſupervacuum apparet in Velleio culpa librarii, quod alibi jam pluribus demonſtratum. ut primo videatur ſcriptum fuiſſe *famiam.* unde fecerim, *famem nimiam pecuniæ.* ſic *fames habendi creſcebat* apud Pacatum in Panegyrico cap. XXV. *fames honorum inexplebilis* Floro lib. III cap. XXI. *auri ſacra fames* Maroni. *Imperioſa fames auri*, auctori Panegyrici ad Piſonem. Potuit & ſcripſiſſe Velleius *pecuniæ inſaniam.* idque verius opinor. ſic apud Tullium *inſaniam villarum* habes pro nimis ſumtuoſa villarum ſtructura Epiſt. XVII. lib. III. & *inſaniam orationis* in Bruto. *Inſulſitatem enim & inſolentiam, tanquam inſaniam quandam orationis, odit.* Seneca de Beneficiis lib. I. *nunc in crudelitatem publicam ac privatam ibitur, bellorumque civilium inſaniam. Ferri inſaniam* & *furorem bellum civile* Lucanus dixit initio Pharſaliæ ſuæ. *Infamem pecuniæ cupiditatem* conjectabat Lipſius. Sed Lucullus æque prodigus pecuniæ ac appetens habebatur. hoc *inſaniam pecuniæ* Velleius vocat. de qua Luculli prodigalitate plura poſt ſubſequuntur.

Neuterque ab eo, quod arguebatur, mentitus argui poſſet] Reor fuiſſe, *neuterque eo, quod arguebat,*

bat, ut mentitus argui poſſet. Viderunt ex parte homines eruditi. Similia illa Taciti de Othone & Vitellio. Hiſt. lib. I cap. LXXIV. *mox quaſi rixantes ſtupra & flagitia invicem objectavere, neuter falſo.* quod ſequitur *quenquam animo parem tulit*, non eſt mutandum cum Lipſio. *ferre animo*, ut *æquo & iniquo animo ferre.*

Et in quibus rebus primus eſſe debebat] Quia *remp.* videmus præceſſiſſe paullo ante, τὸ *rebus* hic videtur inconcinnum. Forte dederit Velleius, *& in qua is urbe primus eſſe debebat, ſolus eſſe cupiebat.* nam *eſſe havebat* Lipſianum minime placet. nec Grutero opera ſucceſſit. Debebat primus eſſe Pompeius in urbe, quia nemo illi par rebus præclare geſtis. mox lege *At Lucullus.*

CAP. XXXIV. *Conjurationem eripuit*] Varie & hic locus tentatur. Lege, *conjurationi remp. ſingulari virtute, conſtantia, vigilia, curaque eripuit. eripuit* enim membrana exhibebat, unde *eruit* Lipſius. ſed aliud ſuberat mendum. nempe *conjurationi remp. eripuit* ſcribendum, non *conjurationem.*

CAP. XXXV. *Homo virtuti ſimillimus, & per omnia ingenio &c.*] Vetuſtus liber *non virtuti.* excidit τὸ *ſolum* abſorptum à *ſimillimo. Homo non virtute ei ſolum ſimillimus,* (ſc. proavo) *ſed per omnia ingenio diis quam hominibus propior.* ſic infra c. CXXX de Livia, *per omnia Deis quam hominibus ſimilior femina.*

Cuique viſum eſt id ſolum rationem habere, quod haberet juſtitiam] *Juſtitiæ* vetus liber. Scribo, *quod daretur juſtitiæ. habere juſtitiam.* minus videtur Latinum.

Ut ardore oris ſuſpectam fecerit] *Et ardore* princeps editio, tum *fecit*. Dederat puto Velleius, *eo ardore oris orationem omnium lenitatem ſuadentium ſociati conſilii ſuſpectam fecit.* Simile illud Taciti Ann.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Ann. XIV cap. XXXVI. *Is ardor verba ducis ſequebatur, ita ſe ad intorquenda pila expedierat fretus miles multa præliorum experientia, ut certus eventi Suetonius daret ſignum pugnæ.* Ita locus ille conſtituendus. nam in vetuſto codice *eventu* inveni. Vulgo circumfertur *vetus miles & multa præliorum experientia*, quæ parum apte procedunt. ut & *certus eventus*: cum alterum Tacito ſit frequenti in uſu. Vidit ex parte Lipſius hanc Velleiani loci caſtigationem. ſed præterea *ſociati conſilii ſuſpectam fecit* corrigendum, pro *ſocietate*, quod nunc circumfertur, non vidit.

At Catilina non ſegnius vota obiit] *Nota* in membranis cum fuerit, ſcribendum utique *conata obiit.* quod ſequentia confirmant. ſed id à Grutero jam occupatum. ſic *conata exſequi* c. XXIX. & *conata deſtituere* cap. XLII. nec aliter paſſim veteres hiſtorici. minus bene Lipſius *mota.*

Quem ſpiritum ſupplicio debuerat, ſupplicio reddidit] Ita ſcriptus. nec dubium tamen, quin mendoſe. Quare fecerunt *prælio reddidit.* Ego argutiſſimum Velleium dediſſe opinor, *ultioni reddidit.* ut ſit, quod ſupplicio opponatur. Sunt enim contraria *ultio* & *ſupplicium.* Sic apud Tacitum Ann. XIV c. XXXIII. *Sed cædes, patibula, ignes, cruces, tanquam redditum ſupplicium, ac præcepta interim ultione, feſtinabant.* Ita ſcribe, non *prærepta ultione. redditum ſupplicium*, plus eſt, quam datum. redderituri erant vicem pœnæ iis, quos ſupplicio afficiebant. varie locus ille tentatus à viris præſtantiſſimis, ſed infeliciter. *Reddere odium* non diſſimili modo habes apud eundem Ann. XVII c. V. *reddere dolorem* Senecæ de Ira lib. II. c. XXXII de vindicta, *dulce eſt dolorem reddere.* Nunc ad Velleium. Nec ſane inultus cecidit Catilina, teſte Salluſtio. Sic & de Tacfarinate idem Tacitus Ann. libro IV. *ruendo in tela captivitatem haud inulta morte effugit.*

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

CAP. XXXVI. *Diremtos gradibus ætatis*] Videtur voluiſſe, *diremtos gradu vix unius ætatis.* nam *ætatem* pro vita hominis ponit. ſic & lib. I c. XVI. *una neque multorum annorum ſpatio diviſa ætas per divini ſpiritus viros Æſchylum, Sophoclem, Euripidem illuſtravit tragœdias.* cap. XVII. *Hiſtoricos, præter Catonem & quoſdam veteres & obſcuros, minus* LXXX *annis circumdatum ævum tulit.* plura ad rem utroque loco ſubtexuntur. mox *ſaneque Craſſum* non *ſenemque* membrana. unde Lipſius *unaque Craſſum.* Forte tranſpoſitis vocibus, *Ciceronem ſane, Hortenſiumque & Craſſum.* vel, *Ciceronem ſane, Q. Hortenſium, Craſſum.* Nam prænomen *Quinti* in membranis Velleianis & alibi in particulam *que* degeneravit non raro, quod & apud Senecam obſervavi.

Perfectiſſimi in forma operis ſui] *Perfectiſſime* ſcriptus. an voluit Velleius, *conſecutus Salluſtium Livius, Tibullumque Naſo, perfectiſſimi in forma operis ſui? conſecutus* pro *ſubſecutus* ac *ſuccedens* ætatis ratione, non dicendi genere aut æmulatu. quid enim diverſum magis Salluſtio ac Livio? Naſo de Tibullo:

Succeſſor fuit hic tibi, Galle: Propertius illi:
Quartus ab his ſerie temporis ipſe fui.

Quamquam Naſo & Tibullus nati eodem anno. hoc eſt Hirtio Panſaque coss. Prior tamen ætate Tibullus, ut ex Naſone & Paterculo liquet: ſic & apud Plinium in Epiſtolis lib. VII. *Caleſtrium Tironem familiariſſime diligo. Ille me in Tribunatu liberorum jure præceſſit: ego illum in prætura ſum conſecutus.* Paullo ante de Catullo, *in ſuſcepti operis ſui carmine*, ubi τὸ *ſui* redundat, & videtur auferendum: ni legis *ſuſcepto.* vel, *in ſuſcepti operis ſuavi carmine.* nam ſuavitate carminum nullo Catullus inferior.

CAP. XXXVII. *Tigranenque ſocerum petit*] Opinor

pinor *Tigranenque ſocer generum petit.* mox bene Manutius *cujus ſe poteſtati committeret*, pro *ſocietati.* quod & mihi venerat in mentem. nec male Grævius noſter *ſanctitati.*

Finis imperii regis] *Regi* princeps editio. *imperii regii* verum eſt. Paullo ante quis non videt interpolata, *aliæ tum primum in poteſtatem redactæ*, & *Syria tum primum facta ſtipendiaria?* Forte, *Syria aliæque, quas occupaverat, provinciæ ereptæ. aliæ reſtitutæ populo Romano, aliæ tum primum in poteſtatem redactæ, Syria facta ſtipendiaria.*

CAP. XXXVIII. *Stipendia pacta ſit, notavimus facilius ut quæ partibus ſimul univerſa conſpici poſſint*] Cl. V. Thomas Munckerus ita producit hunc locum ad Hygini Fab. LXXI. *ut quæ facilius, quam partibus, ſimul univerſa conſpici poſſint.* tueturque adverſus immutantes, & exponit, *Quoniam ea in unum locum contracta facilius, quam per partes & varie diductas capi animoque infigi poſſunt.* probe omnino niſi quod nolim expungi τὸ *notavimus.* Alii alia excogitarunt. Primo ſcribendum *ſtipendiaria facta ſit*, quod à Lipſio jam monitum agnoſco. Deinde opinor, *nota habebimus facilius utique quam partibus*, (vel, *facilius ita quam*) *ſi ſimul univerſa conſpici poſſint.* vide cap. CXXVI. annotata. hæc editiones nonnullæ truncata exhibent. Simile illud Taciti Ann. XII. cap. XL. *Hæc quamquam plures per annos geſta conjunxi, ne diviſa haud perinde ad memoriam ſui valerent.*

Primus Africam Regulus] Puto, *primus in Africam Regulus.* ut pendeant hæc à ſuperioribus, *exercitum trajecit*, deinde delendum paullo poſt *Africam. Scipio Æmilianus* &c. *in formulam redegit provinciæ.* nam de Africa ſermo eſt.

Bellicæ civitatis argumentum] Locum interpolatum arguit repetitio ejuſdem vocabuli mox ſubjuncta, *pacis argumentum.* ſic cap. CXXVII

ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

adjutores iſti prorſus inconcinne iterantur. Sed totus ille locus miſere luxatus.

Cypri devictæ nulli aſſignanda gloria eſt] *Cypro devicta nullis* prima editio, nec mutari neceſſe eſt. Poteramus alioquin elegantius *Cypros devicta nulli aſſignanda gloria eſt.* per epexegeſin, ut ſæpe alias. ita mox *Syria Pontuſque Pompeji monumenta* dicuntur.

CAP. XXXIX. *Pæne idem, quod totus terrarum orbis ignavum conferunt ſtipendium*] Primo tranſpone voces *idem pæne.* deinde quid opus victis tanta cum contumelia inſultare? Puto Velleium dediſſe, *in annuum conferunt ſtipendium.* De annuo Gallorum ſtipendio Suetonius in Julio & Eutropius. Poſſis & *in ærarium conferunt ſtipendii. deferre ad ærarium* Tacito Ann. III cap. LI.

Ab eodem facta Numidia] *fracta Numidia*, ni fallor. vel *pacata*, ni ſubintelligimus *facta ſtipendiaria eſt.*

Parendi confeſſionem extorſerat parens] *parem* prima editio. Scribe: *At Ti. Cæſar, quam certam Hiſpanis parendi confeſſionem extorſerat parens, parem Illyriis Delmatiſque extorſit.* Paullo aliter Lipſius. ſic apud Tacitum Ann. VI. cap. XX. de Caligula, *qualem de die induiſſet Tiberius, pari habitu.* Ita conſtituendus locus vexatiſſimus: componebat ſe quotidie ad vultum habitumque Tiberii, ſive triſtis ille, ſive lætus: tale illud Papinii in Silvis Epicedio vernæ pueri:

Vultumque tuo ſumebat ab ore.

CAP. XL. *Penetratæ cum victoria Media, Albania, Hiberia*] *Albani, Hiberi* princeps editio. Lege, *penetrati cum victoria Medi, Albani, Hiberi.* de nationibus enim agi oſtendunt ſequentia. Deinde puto, *cujus reditum parum favorabilem opinio fecerat.* τὸ *parum* membrana non agnoſcit.

Quem ſemper illi vacare moris fuit] De comitatu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

tu privato Pompeii. Sic in margine editionis ſuæ Rhenanus, in ipſo contextu, *illa fatare moris fuit.* an *quem ſemper illi adſectare moris fuit?* ſic *adſectare Gallius* capite ſuperiori. Contra Seneca apud Tacitum Annal. lib. XIV. cap. LVI. *prohibet cœtus ſalutantium, vitat comitantes. affectare ſtudia Galliarum* Tacitus Ann. XIII cap. LIII. *affectare ſtudium carminum.* Ann. XIV cap. XVI. *ſtudia militum.* Hiſt. I. cap. XXIII.

Præterquam à Paullo] Immo ſuperatus ab eo Paulli triumphus hac parte, ut jam demonſtratum ab aliis. Forte, *in ærarium P. R. etiam à Paullo.*

CAP. XLI. *Et quod inter omnes antiquiſſimos conſtabat*] Forte, *inter omnes antiquiſſimos auctores* (vel *ſcriptores*) *conſtabat.* aliter Lipſius. ſic Tacitus ſæpe: ut Ann. II cap. LXXXVIII. *Reperio apud ſcriptores eorundem temporum.*

Nullo modo compelli potuit] *Motu* membrana. unde *metu* recte fecerunt: quod in diſcrimen vocari non debet. ſic & cap. XXIV. in iiſdem membranis peccabatur, *cum metu ad Sullam profugiſſent.* & cap. XLII. *metu ſuo deſtituerit.* atque ita paſſim noſter, de quo alibi.

Animo ſuper humanam & naturam & fidem evectus] *Omnino* Lipſius. Forte *in omnia.* vide nos infra cap. LXIX. quamquam vulgatæ lectioni haud temere controverſiam movendam cenſeo.

CAP. XLII. *Cum idem enim Aſiam eam quam obtinebat*] Hæc eſt vetus ſcriptura, varie interpolata ab hominibus doctis. Meo periculo ſcribe, *tum idem enim Aſiam eamque oram obtinebat.* Cornelius Nepos Alcibiade: *multas præterea urbes Græcas, quæ in ora ſitæ ſunt Aſiæ.* Poſſis quoque *Aſiaticam oram.* ut ſcriptum fuerit jam olim *Aſiatiquam*, unde promanavit error. Certe niſi in oram Aſiæ maritimam jus habuiſſet Junius, non

potuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

potuit captivos Cæſaris ſibi vindicare. *oram maritimam* deſignat. Recte autem *eam oram*, id eſt Aſiaticam: ut quæ incurſibus piraticis præcipue eſſet obnoxia. Nam his potiſſimum profligandis poſtmodo imperium univerſæ oræ maritimæ Pompeio fuit delatum. quæ poteſtas invidioſa prorſus. Videndus de ea Velleius noſter cap. XXXI. atque illic Voſſius. Igitur præter conſularem provinciam Aſiam, Junio oræ quoque illius maritimæ cura demandata extra ordinem. Malim etiam, *venditurumque captivos edixiſſet*. nec probo Lipſianum, *vindicaturumque*.

CAP. XLIII. *Adverſante quidem nobilitate*] *Eidem*, ni fallor, Cæſari videlicet, de quo agitur. deinde puto *ad jus avitæ dignitatis proſcriptorum liberi*. τὸ *avitæ* exciderat. Vide omnino ſupra cap. XXVIII de eadem re.

Quo notiora ſunt] Scribe, *quæ quo notiora ſunt*. tum paullo ante malim, *prætura quæſturaque mirabili virtute atque induſtria obitæ in Hiſpania*.

CAP. XLIV. *Diverſo quoque tempore*] *Diverſo utcumque tempore*, ſi quid video, vel, *quamquam*. poſt *auctoritate Pompeji*, *viribus teneret Cæſaris*: inſerit vetuſtus liber, *viri viribus teneret*. an *auctoritate Pompeji fere*, *viribus teneret Cæſaris?*

Et jus ab his reſtitutum] Forte *& jus urbis reſtitutum*. ſic *jus civitatis Romanæ* cap. CXVII infra. & paſſim apud ſcriptores vetuſtos.

CAP. XLV. *Qui neque dicendi, neque faciendi*] *Quique dicendi* vetus exemplar. *quique nec dicendi nec faciendi*, ni fallor.

Sera Cn. Pompeji cura, verum & cupito interitu] Membranæ *& cupit interita*. Lege, *& cupiti interrita*. Interritus cupitæ rei Pompeius, quia nullis Ciceroni adverſantium minis à propoſito ſe paſſus eſt deterreri. Nam quamquam ante ipſum exilium deſtituerat Ciceronem, atque à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Clodio opprimi erat paſſus, poſt tamen prioris facti pœnitentia ductus acriter fovit exulantem; adeo ut Clodius ſubveritus ne auctoritate tanti viri fretus adverſarius priſtinæ dignitati reſtitueretur, Sicarium immiſerit, qui Magnum interimeret. Verum detecto facinore. tenuit propoſitum nihilominus Magnus, ac frequentiſſimo Senatu recitata de ſcripto ſententia Ciceroni teſtimonium conſervatæ per hunc unum patriæ dedit, effecitque ut populus Romanus comitiis centuriatis, obniſo licet immane quantum Clodio, de revocando Cicerone legem proferret. Recte igitur cupitæ rei interritus Pompeius à Velleio dictus. Tacitus Ann. IV. cap. III. *Nepotes adulti moram cupitis adferebant.* ſic & alibi non ſemel. ſic cap. XLI, *effuſiſſimus munificentiæ. lati clavi contentus* cap. LXXXVIII ubi plura.

Idem P. Clodius in ſenatu] *In tribunatu* dederat, puto, Velleius. *in ſenatu* ex ſuperioribus perperam repetitum. quare & delendum id cenſebat Cuiacius.

CAP. XLVI. *Invictum par conſulum*] *Victus pars conſulum* editio Rhenani. ſed cur *invictum* par? De Pompeio dederim, *invictum* poſſe dici: de Craſſo non feram. Certe Lucullus Craſſo Imperator longe melior non niſi *pæne bello invictus* cap. XXXIII noſtro dicitur. opinor voluiſſe Velleium *inclutum par conſulum.* & ſic Lipſius. idem mox optime, *vile imperatoris damnum*, non *utile.* Tacitus Ann. II. cap. LXXXV, *ſi ob gravitatem cœli interiſſent, vile damnum.*

Craſſo bellum Parthicum in animo molienti] *Jam molienti* Latinius ſit utique. natus inde error, quod librarius primam in *molienti* ſyllabam perperam geminaſſet. Poſſis &, *jam animo volventi.* ut apud Tacitum Hiſt. I. cap. XXX, *ſtupra & comiſſationes & fœminarum cœtus volvit animo.* II. cap. XLIX, *atque illum ſupremas jam curas animo volutantem* repens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

repens tumultus avertit. quem locum Rhenanus fruſtra ſollicitavit. Lucanus lib. I. *Utque ducem varias volventem pectore curas Conſpexit.* Paullo poſt, *circumfuſis immanibus copiis*, pro ſe circumfundentibus, haudquaquam ſollicitandum venit. ſic *circumfuſus ſatelles* apud Naſonem Metam. XIV. Quinctilianus Inſtit. Orat. lib. II. cap. XX, *Nonnunquam, ut in judicio Miloniano, inter circumfuſa militum arma, dicendum eſt.* Nihil magis obvium apud ſcriptores melioris notæ.

CAP. XLVII. *Cum medium jam ex invidia potentiæ male cohærentis*] Hæc Lipſiana conjectura eſt, nec infelix. membranæ exhibebant, *ex invidia ponti ac camiliæ.* Forte, *ex invidia potentiæ ac æmulatu cohærentis.* ſi Senecæ credimus, optime cohærebat, non male. Conſolatione ad Polybium: *vixit Sex. Pompejus ſorori ſuperſtes, cujus morte optime cohærentis Romanæ pacis vincula reſoluta ſunt.* Lucanus allocutione ad Juliam mortuam: *Morte tua diſcuſſa fides.*

Exemplo inutili, facto ſalutari reip.] *Inutiliter facto* vetuſtus codex. Fortaſſe *exemplo inutili, ceterum facto ſalutari.* vel *verum*: ut ſupra c. XLV. *ſera Pompeji cura, verum & cupiti interrita.* Tacitus Ann. XII. c. LIX. *pauca repetundarum crimina, ceterum magicas ſuperſtitiones objectabat.*

Quam ſi maturius tuliſſet] *Qui* prima editio. *cui*, ſi quid video: *non defuiſſent* videlicet.

CAP. XLVIII. *Perfectis muneribus theatri*] Non ſpectacula tantum, quæ in theatris edebantur, dicta munera, ſed ædificia quoque à privatis in publicum collata. Naſo de porticu Octaviæ & Marcelli Arte Amatoria:

Aut ubi muneribus nati ſua munera mater
Addidit, externo marmore dives opus.

Noſter infra cap. CXXX, *Cnei quoque Pompeji munera abſumta igni reſtituit.* hoc eſt theatrum Pompeji.

Cujus animo voluptatibus vel libidinibus neque o-

pes ullæ] *Voluptatibus vel libidinibus* tollenda eſſe Grutero ſe probabat. ſed tunc cauſa non exprimitur, cur Curioni nullæ ſufficerent opes. Forte, *cujus animo volutanti in ſuis velut libidinibus neque opes ullæ neque cupiditates ſufficere poſſent. velut volutanti*, ſic ſæpe alias, cum modos adhibet loquendi parum uſitatos. à ſuibus enim hoc tranſtulit, quæ *volutari in luto* dicuntur. Vide nos infra ad cap. XCI. Seneca de Ira libro III. cap. XXVII, *tota vita inter errores volutabitur*. Ep. LXXIX, *animus volutatur in tenebris*. Ep. LXXXII, *officiorum vorticibus volutari*. Fuit & cum caſtigari poſſe opinarer, *cujus animo involuto ſuis velut libidinibus*. Poſſis & *cujus animo volutanti in libidinibus*. idque verius mihi viſum.

Saluberrimas & coaleſcentis conditiones pacis] Tolle τὸ *&*.

CAP. XLIX. *Cauſæ, non Pompejo, ſummam imperii detulerunt*] Joh. Fredericus Gronovius *cauſæ nomine Pompejo*. Lipſius *cauſa nominis*. Nil immuto. Non tam Pompejo, quam cauſæ, ſummam imperii delatam innuit Velleius à Senatu. Sic Lucanus de eadem re:

Docuit venerabilis ordo
Non Magni partes, ſed Magnum in partibus eſſe.

CAP. L. *Legionibuſque Corfinii*] Vindicandus in tranſcurſu Lucani locus lib. II à caſtigatione magni Lipſii.

Tua claſſica ſervat
Oppoſitus quondam polluto tiro Miloni.

Pollutum, inquit ille, *cur appellat Milonem? quiane pollutum illum & fœdum interemit? Mirum, ni ſcribendum, pullato Miloni, id eſt ſordidato & reo.* Immo *pollutus*, quia Clodiana cæde tribunitiam poteſtatem, quæ ſacroſancta habita, violaverat.

CAP. LI. *Caſtris Pompeji teneretur*] *Pompejo retinetur* princeps editio. Fuit à Velleio *caſtris Pompeji*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

peji obtineretur. ſic *obtinere Aſiam proconſul* c. XLI. *obtinere Hiſpaniam ex conſulatu* cap. LXXVIII. *obtinebant omnia maria prædones* cap. XLIII. atque ita paſſim. Frontinus Stratag. lib. I. cap. VIII. *Afris neceſſe fuit capta caſtella præſidio ibi tenere.* ſcribe, *præſidio obtinere.*

CAP. LII. *Quam in omnes partes (ut militari & verbo & conſuetudine utar) dimitteret*] Locus varie tentatus. Mihi caſtigandum videtur, *quam indemnes partes dimitteret.* Poſſis & *incolumes.* ſed alterum malo. Pompejanas partes videlicet, quod ex ſuperioribus liquet. ſic cap. XXXVI. *Norbanus inviolatus à Sulla dimiſſus eſt.* tum mox, *Sertorium & alios dimiſit incolumes. indemnes*, nullo damno adfectos. utitur eo vocabulo, inter alios, Donatus vita Virgilii. quod & confirmant ſequentia apud noſtrum. Seneca Epiſt. IX. *qui per ferrum & ruinas & ignes illæſus & indemnis evaſit.* de vita beata: *Liber eris, tutus, indemnis.* de conſtantia ſapientis cap. V. *Megara Demetrius ceperat; Stilphoni philoſopho & filias rapuerat & patriam. at ille urbe capta non invictum tantum, ſed indemnem eſſe ſe teſtatus eſt.* initio lib. VI. Nat. Quæſt. *Campaniam nunquam ſecuram mali hujus, indemnem tamen, magna ſtrage vaſtavit.* idem vocabulum, ut & *indemnitas*, apud veteres juriſconſultos non ſemel occurrit. ætate Velleji tamen nondum in uſu videtur fuiſſe, niſi inter ſolos milites, à quibus id ſcriptores ſint mutuati primo: quare & præfatus veniam noſter eo vocabulo utitur hic loci. Habebant autem milites, ut vulgus & ruſtici, vocabula nonnulla peculiaria, quibus uterentur. ſic apud Vegetium lib. I. cap. LVI. *Equi, quos vulgo trepidarios, militari verbo guttonarios vocant.* ſed ſi militari è conſuetudine fuit, *partes indemnes dimittere*, cur id tanto opere hic laudatur à Vellejo?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Forte dederat is, *ut militari & verbo nec conſuetudine utar.* argute, ut ſolet, vocabulum, id magis in uſu militibus eſſe deſignat, quam rem ipſam, cum adverſarios indemnes non ſoleant ſervare. ſic & cap. CXXIX locutus eſt, *quam illum & honorate nec ſecure retinet.*

CAP. LIII. *Quos victores darent comites & fortuna adgregaverat*] Recte omnino jam viderunt alii duo verba *victores darent*, temere repetita ex ſuperioribus ab oſcitante librario eſſe hinc omnino removenda.

CAP. LIV. *Nuſquam erat Pompejus corpore, adhuc ubique Jubæ nomine*] Delebat vocem *Jubæ* magnus Scaliger: nec repugno. Fors fuerit tamen, *adhuc ubique vivebat è nomine*, caſtigante Lipſio. quod ſane concinnius Titiano *ibat*. Poſſis & *ubique jubar è nomine.* niſi hoc poëticum nimis. libro I. cap. IV, *qui nullo præterquam avito fulgore vinceretur.*

Locorumque inopia] Cave mutatum eas in *liquorum inopiam. locorum iniquitas & inopia* Frontino Stratagem. lib. I. cap. V, exempl. XXVIII. apud Livium libro I, *loci inopia.*

CAP. LV. *Ibi primo varia fortunam expugnavit via*] Pulcherrime Lipſius, *ibi primo varia fortuna, mox pugnavit ſua.* quæ reſtitutio loci depravati utres ipſa eſt, ſic excogitata perquam ingenioſe. infra cap. LXXIV, *uſus Cæſar virtute & fortuna ſua.* cap. LV, *ſua Cæſarem in Hiſpaniam comitata fortuna eſt.*

Acies reſtitutæ, à duce quam à milite fortius] Membrana, *reſtitutæ C. A. duce.* ſcribe, *acies reſtituta, ac à duce, quam à milite fortius.*

CAP. LVI. *Cæſar omnium victor*] τὸ *omnium* tollamus præſtat, cum ſubſequatur denuo, *omnibus, qui contra ſe arma tulerant, ignovit.* Forte *omnium* profluxit ex *tum demum.*

In-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Invidiam conciliarat] Poſſis *concitarat*. ſed nec alterum damna. *ſeditionem conciliare* Frontino in Stratagematis. *Incommoda alicui conciliare* Lucretio lib. III. *odium omnium hominum conciliare* Plinio lib. XXVIII. cap. VIII. Deinde pro *conſiliariis cædis* corrigo *conſciis variis cædis*: ni mavis cum clariſſimo Lipſio *conſciis aliis*.

Quod ab eo ita repulſum erat] *Quod ab eo ideo repulſum* vetus Rhenani liber. an *quod ab eo quidem repulſum erat*?

CAP. LVII. *Libelli conjurationem nuntiantes, dati, ab eo, neque protinus lecti*] Scribe, *libelli conjurationem nuntiantes dilati ab eo, neque protinus lecti erant*. Ita hiſtorici omnes de hac re. c. LXXIX, *extra dilationes poſitus*, minime cunctator. Ipſe Cæſar ſuperiori capite dicitur *offendiſſe Caſſium differendo*. Poſſunt & levi tranſpoſitione vocum hæc ita ordinari: *libelli conjurationem nuntiantes dati, neque ab eo protinus lecti*. *Dandi* verbo etiam Florus in hac narratione eſt uſus. *Quanta vis fati! manaverat late conjuratio. Libellus etiam Cæſari datus eodem die*, lib. IV. cap. II. Quæ & ipſa non ſatis integra ſunt, & nimis circumciſa. Debuit enim addidiſſe, quid libellus iſte complecteretur. Forte voluerat Florus: *Libellus etiam ea de re datus eodem die*. Aperta omnia & plena apud Suetonium: *Libellum inſidiarum indicem ab obvio quodam porrectum libellis ceteris, quos ſiniſtra manu tenebat, quaſi mox lecturus, commiſcuit*. vides dilatum libellum.

CAP. LVIII. *Quo anno id patravere facinus Brutus & C. Caſſius*] Rectius ſit, *M. Brutus & C. Caſſius*.

CAP. LIX. *De cujus origine, etiamſi prævenit & pauca dicenda ſunt*] Sic membrana; quæ locum duabus litteris dedit auctiorem, quam oportuit. Repone igitur pro *prævenit &*, *prænitet*.

etiamſi prænitet. cap. XXXV, *virtus Catonis conſpicua & prænitens.* cap. XXXIX, *Forum Auguſti victarum gentium ſpoliis prænitet. præfulgere* dixit alibi. ut lib. I. cap. XIV de coloniis: *nam militarium & cauſſæ & auctores ex ipſarum præfulgent nomine.* Mox *Hiſpanienſis militiæ* cave cum Lipſio immutes. *Hiſpanienſis militiæ comitem habuit*, pro in militia Hiſpanienſi, ſic paullo poſt, *belli Getici ac deinde Parthici habiturus commilitonem.* C. LXXX, *inutilis alienæ victoriæ comes.* ut & illic caſtigandum è veſtigiis membranæ.

Singularis indolem juvenis] Superiora requirunt, *ſingularis juvenem indolis.*

CAP. LX. *Actorum ejuſdem inſertis falſis, civitatibuſque corruptis commentariis*] Pro *civitatibus*, licenter quidam, *indubitateque corruptis. commutatiſque & corruptis* Lipſius. Opinor *civitatiſque corruptis commentariis* hoc eſt publicis actorum urbis Romæ commentariis. lib. I. c. XIV. ſic Lipſius *civitatem propagatam* legit, & capit de Romana: quod in *civitates propagatas* mutaverant. nihil vulgatius, quam *civitatem* & *urbem* poni pro Roma. *diurna urbis acta* habes apud Tacitum Annal. lib. XIII. cap. XXXI, de quibus adeundus idem Lipſius Excurſu ad Annal. lib. V. A littera. Petronius ex ſchedis Tragurianis: *Interpellavit ſaltationis libidinem actuarius, qui tanquam urbis acta recitavit.* Poſtea *ad ædem opis*; nil neceſſe *ædem* cum Lipſio expungi. neque enim ellipſis illa ubique in ſcriptoribus antiquis habet locum. Paullo poſt ſcribe *omnia pretio temerata*, non *temperata.* aliud eſt, *exercitum majorem cum videret, quam ut temperari poſſet*; nam ibi pro *regere* ponitur. nec bene Fulvius Urſinus *tentata.* apud Tacitum Hiſt. I. cap. XLVIII. *cum vigilias & cætera militiæ munia eadem laſcivia temeraſſet.* ita bene Rhenanus: cum vulgo *tentaſſet*, in ſcripto *temperaſſet* legeretur.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

CAP. LXI. XIX *Annum ingreſſus*] Princeps editio XVIII *annum*. & ſic Florus lib. IV. c. IV. *intra decem & octo annos* eadem de re. etſi aliter Auguſtus ipſe in monumento Ancyrano. Poſſis etiam hoc loco, XVIII *annum egreſſus*, ſed repugnat Florus, ut jam vidimus.

CAP. LXII. *Quod alieno beneficio viveret*] Non debuit immutari à Lipſio aliiſque. invidioſe enim dictum & acerbe adverſus ingratum: ut recte vidit Cl. Boclerus. quare & infra cap. LXIV non male prima editio, *Cenſebatque æquum, quæ acceperat à Cæſare, retinere, Cæſarem, quia* (non *qui*) *illa dederat, periſſe*. cap. LXXXIII. *Hanc tamen Antonius fugam ſuam, quia vivus exierat, victoriam vocabat*. apud Florum quoque libro IV. cap. X. de eodem Antonio malim, *quaſi viciſſet, quia evaſerat*. Mox idem Lipſius, *primo ſpe colloquii repulſus*, non *per colloquia*: fidemque ac auctoritatem primæ advocat editionis, in qua nos vulgatum tamen exſtare deprehendimus.

CAP. LXIII. *Proruto vallo militibus*] *Proruta vallo* prima editio. Lege *proruto vallo à militibus receptus eſt*.

CAP. LXIV. *In hoſpitis cujuſdam, nobilis viri Cameli domo*] τὸ *cujuſdam* ſatis deſignat hunc Camelum non fuiſſe magnæ dignationis virum, ſed obſcurum plane, inter Romanos certe. Putabam igitur *ignobilis viri*. apud Tacitum Hiſt. II. cap. LXI, *Maricus quidam è plebe Boiorum*. & cap. LXXII, *Exſtiterat quidam, Scribonianum ſe Camerinum ferens*. Servum fuiſſe nomine *Getam* hunc ipſum mox innuit. Annal. IV. cap. LXII. *Atilius quidam libertini generis*. lib. II. cap. LI de liberta Epichari: *Interim Epicharis quædam accendere & arguere conjuratos*. Curtius lib. VIII, *Agis quidam Argivus peſſimorum carminum poſt Choerilum conditor*. Epitome Liviani libri XLIX. *Andriſcus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

driſcus quidam ultimæ ſortis homo, *Perſei Regis ſe filium ferens.* Capitolinus in M. Antonio: *Cum quendam Veteraſium famæ deteſtandæ honorem petentem moneret*, *ut ſe ab opinionibus vulgi vindicaret.* paullo poſt, *planus quidam.* In dubium tamen ut vocari poſſit hæc Velleiani loci caſtigatio, facit Cœlius qui lib. VIII. Epiſt. XV ad Ciceronem: *Bellienus verna Demetrii*, *qui ibi cum præſidio erat*, *Domitium quendam*, *nobilem illic Cæſaris hoſpitem*, *à contraria factione nummis acceptis comprehendit.* Sed puto Cœlius τὸ *quendam* addidit, ut oblique deſignaret hunc Domitium è Domitia gente non fuiſſe oriundum, ac proinde addit *nobilem illic*, hoc eſt inter ſuos. Sane & Camelus inter ſuos nobilis eſſe potuit, & tamen obſcurus ac ignobilis inter Romanos. Paullo poſt prima editio *cujus cum primis omnium amicorum*, non *primus*. Forte *cui cum in primis omnium amicorum fuiſſet.* Similem mendam è Tacito ſuſtulimus. Seneca libro II. de Tranquillitate cap. XIIX, *Aſiaticum Valerium in primis amicis habebat.*

Ciceronis vel ſatiato Antonio pœna finita] Puto *velut ſatiato Antonio*, ſed quod jam vidit Lipſius. C. LXIX. *Neque reperias*, *quos aut pronior fortuna comitata ſit*, *aut veluti fatigata maturius deſtituerit.* deinde opinor *pœne finita.* ut ad *ſanguinem* referatur. ſic ſolet Velleius. Neque enim ultimus ab Antonio jugulaturum Cicero, ſed inter ultimos. ſed ſi de ſola proſcriptione accipitur, commode tolerari vulgata poteſt. Seneca Suaſoria VI. è Cremutii Cordi Hiſtoria de Cicerone: *Quibus viſis lætus Antonius*, *cum peractam proſcriptionem ſuam dixiſſet eſſe*, *quippe non ſatiatus modo cædendis civibus*, *ſed defectus quoque*, *juſſit pro roſtris exponi.*

CAP. LXV. *Tum inita potentiæ ſocietas*] Scriptus liber, teſte Burrerio, *tur initur.* Lege *igitur initur.* & ſic Voſſius. deinde malim *pacta affini-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

finitas, quam *facta*. Paciſcendi enim verbum in re nuptiali locum habet admodum frequentem. *pacta pax* apud Tacitum Ann. IV, *pactum matrimonium*, *pactæ nuptiæ* & ſimilia eidem. mox verum eſt, *conſularem prætextam jungentem prætoriæ*, quicquid obloquuntur. ſic cap. XCII, *conſulatum præturæ ſe juncturum*.

CAP. LXVI. *Vitam miſeriorem te principe*] *Inferiorem* prima editio. nimirum fuerat credo in vetuſtis membranis *infeliorem*, contracte. hoc eſt *infeliciorem*. ſed Gruterus jam id quoque occupavit.

Per omnium ſæculorum memoriam] *Per omnem* ex prima editione revocandum. deinde hoc ipſo capite *abſciſaque ſcelere Antonii vox publica eſt*, & *clariſſimi capitis abſciſi* ex eadem editione, non *abſciſſa* & *abſciſſi*.

Citiuſque in mundo genus hominum quam * *cadet*] *Cedet* editio prima. locus mutilatus. Opinor, *citiuſque mundo genus humanum, quam ea cedet. Ea cadet* Lipſius. In loco, quem producit appoſite idem Lipſius, Arellii Fuſci Suaſoriæ ſeptimæ apud Senecam ſcribendum eſt: *Quoad humanum genus incolume manſerit, quam diu ſuus litteris honor, ſuum eloquentiæ pretium erit*, &c. *admirabile poſteris vigebit ingenium*. nunc circumfertur, *quamdiu uſus litteris, honor ſummæ eloquentiæ*.

CAP. LXVII. *Ne deflere quidem quiſquam ſatis digne potuit*] Sic manifeſte prima editio: ne quid tollamus τὸ *potuit* cum Lipſio. mox recte idem *ullibi* pro *ulli*. Poſtea pro illo, *inter execrationem*, & *inter exſecrationem* ſenſus poſtulat.

CAP. LXVIII. *Neque enim perſona umbram actæ rei capit*] Volebam, *umbram tantæ rei capit*. *tantæ rei*, qualis fuit acies Pharſalica & bellum civile. ſic lib. II. cap. VII. *Rei tantæ parum id ad notitiam pertinens interponatur*. Hoc vult M. Cœlium hominem factioſum & nequam vix meritum ut

nomen ſuum bellis civilibus, quæ inter ſummos duces decertata ſint, inſeratur. Mentem Velleii minus percepit magnus Lipſius. ſic infra de Quinctilio Varo videtur caſtigandum c. CXVII. *Rei cauſa perſona moram exigit.* Exigit moram Varus non tam ſua, quam immenſæ cladis, ſub illo acceptæ, cauſa. mox malim, *ſed utroque perfectior.* Perfectior Curione & eloquio & animo. Sollemniter peccavit in Velleio deſcribendo librarius, dum τὸ *in* paſſim intempeſtivus inculcat, ut mox videbimus. poſt probabiliter idem Lipſius, *Dum in acie Pharſalica circaque de ſumma rerum Cæſar dimicat.* Verum vide annotata noſtra libro I. cap. III.

Cum ne in modica quidem] *Cum in modica quidem* editio Rhenani. unde *modico* Voſſius, alii alia. Forte *in re modica vix idem ſervari poſſet. Cum ne inter immodica quidem ſervari poſſet.* Cum ſervari ac ſalvus eſſe non poſſet, quamvis immodica conſecutus. Tacitus Ann. XIV. c. XXI. *Ac ne immodica quidem ſtudia plebis exarſere.* ſupra c. XV. C. Marius *immodicus gloriæ, inſatiabilis, impotens* dictus. & de Pompeio cap. XXXII. *in appetendis honoribus immodicus.* τὸ *in* paſſim in vetuſto codice redundabat librarii vitio. vide mox infra, & libro I. cap. XV. *in Capitolium verſus.* ſed & rurſus libro eadem. cap. XXV. *aquas ſalubritate in medendiſque corporibus nobiles.* cap. XXXIII. *infamiam* pro *famem nimiam.* infra cap. LXXX, *Inutilis in alienæ victoriæ comes.* & *intueri* pro *tueri* ibidem cap. LXXXIII. *in omnia & in omnibus venalis* pro *& omnibus.* cap. LXXXVI, *in priſca gravitate.* cap. CV, *virum multiplicem in virtutibus.* cap. CX, *In omnibus autem Pannoniis.* cap. CXV, *Per gentis in integras.* cap. CXXVI., *In partibus eloquatur.* cap. CXXVIII, *in cujuſcumque animo virtus ineſſet.* & aliis compluribus porro locis. Poſſis &, *cum*

inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

inter modica fidem ſervare non poſſet. De Othone Tacitus Hiſt. I. cap. XX.

Quatenus autem aliquid ex omiſſis peto] *Repeto* ſcribatur, ut ad ſuperiora illa reſpexerit, *ſuo præteritum loco referatur.* mox *Flavum Caſetium* bene editio Rhenani. deinde opinor, *In hoc tamen ſpem laceſſiti principis ira exceſſit.* ſpem & exſpectationem noſtram exceſſit. tum, *natura ſua ei cedendum*, non *excedendum.*

CAP. LXIX. *Imperatoribuſque, prævalidis in Syria legionibus*] Poſſis, *Imperatoribuſque P. Ro. validis in Syria legionibus*, ut dicemus infra ad c. XC. Nam ſatis erat dixiſſe *validas legiones.* Tacitus Ann. XII. cap. XIX. *Po. Ro. Imperatoribus Regibuſque nationum magnarum primam ex ſimilitudine fortunæ amicitiam.* Plinius Panegyrico: *Fœda facies, cum Po. Ro. Imperator alienum curſum velut capta nave ſequeretur.* Ita & Livius aliique non raro. *Conſulem* quoque *populi Romani* & *prætorem* dicebant. Hinc caſtigandus vexatiſſimus locus Ælii Lampridii Alexandro Severo, *Dicebat malum pupillum eſſe imperatorem, qui ex viſceribus provincialium homines non neceſſarios nec reip. utiles paſceret.* De *pupillo imperatore* meræ ſunt affaniæ. Salmaſius, *malum villicum eſſe Imperatorem.* fruſtra quoque. Neque enim ſi Juvenalis ridiculi cauſa & licentia Satyrica uſus præfectum urbis vocavit villicum, ſerios ſcriptores id ipſum ſibi permiſiſſe credimus. Sed hac de re pluribus alibi. Scribe interim, *Malum pop. R. illum eſſe Imperatorem.*

Laodicea expugnata interfecerat] Vetuſtus codex *Laudicia expugnata ea urbe fecerat*] Unde recte Voſſius, *Laodiceæ, expugnata ea urbe, ceperat.* ni mavis expungi duas voces, *ea urbe*, quæ interpretamentum fuerint adſcriptum *Laodiceæ.* ut ſit, *Laodicea expugnata ceperat.*

Et Vatinius nulli nomini non eſſet poſtferendus] Pu-

tabam *nulli omnino*, ſcilicet ducum. oblitus erat librarius geminare ſyllabam ultimam in *omnino*, quod proximum vocabulum *non* eam abſorbſerit. inde poſtea *nomini* factum. Poſſis etiam *nulli ignominia eſſet poſtferendus*. ſed prius malo. vel, quod verius, *nulli in omnia*. cap. LXXXIII. *In omnia omnibus venalis*: ut illic ſcribo cap. XCVII. *in omnia pecuniæ cupidior*. cap. CXXVII, *ſingularem principalium onerum adjutorem in omnia habuit*. atque ita & cap. XLI fortaſſis corrigendum de Divo Julio, *in omnia ſuper humanam & naturam & fidem evectus*. non *animo*, quod Lipſium quoque offendebat. Sed nihil illic temere immutarim. *Per omnia* ſæpe alias occurrit apud noſtrum.

CAP. LXX. *Manifeſte denuntiatione quietis territo*] *Manifeſtæ* vel *manifeſta*. & *curſus ad eum tendentium*, quam *curſu*. cum illud ſit Latinius. tum *ingruerent*, quam *inruerent*. ſed hæc leviora.

Rejectoque lævo ſuper caput brachio] *Erectoque* opinor. ut in fragmento Petronii Traguriano, *Ipſe erectis ſupra frontem manibus Syrum hiſtrionem exhibebat*.

CAP. LXXI. *Corvinus in Cæſarem fuit*] Expungo *fuit*. Cum id ipſum verbum proximam quoque periodum claudat. & paſſim τὸ *eſt*, τὸ *fuit* ſubintelliguntur apud noſtrum.

CAP. LXXII. *Unius temeritate facti*] *Fecit* ſcriptus liber. an *facinoris*? deinde idem, *cum omni commiſſa ſibi parte exercitu navium*. *exercitus & navium* puto.

CAP. LXXIII. *Cogitatione celer*] Prima editio, *cogitator*. Lege, *cogitato celer*. Poſt pro *mare infeſtare piraticis ſceleribus*, malim *inceſtare*. nam *infeſtato mari* jam præceſſerat. *Celocibus* pro *ſceleribus* quod reponit Lipſius, noluiſſem factum. Tacitus Ann. XIV. cap. XXII, *Iiſdem diebus nimia*

mia luxus cupido infamiam & periculum Neroni tulit. quia fontem aquæ Marciæ ad urbem deductæ nando inceſtarat. Ita codex ſcriptus Rodolphi Agricolæ, quo ſum uſus. Vulgati *inceſſerat.* quod verbum capite præcedenti apud eundem Tacitum occurrebat, ut hic inconcinne denuo repetatur. Recte autem *inceſtare*: quia fontes æque ac maria ſacri habebantur, & deorum receptacula ac ſedes. *inceſtare claſſem funere* apud Maronem: quod *polluere* Servius interpretatur. quo verbo Lucanus uſus de hac ipſa re,

Polluit æquoreos Siculus pirata triumphos.

Mundum Tartareis quadrigis inceſtare apud Claudianum Raptu Proſerpinæ. Pacatus Panegyrico c. XXIV. *Quid ita hic publicum atratus inceſtat?*

CAP. LXXIV. *Qui juſta diviſione prædiorum nominatiſque colonis agros amiſerant*] *Juſſa diviſione,* ni fallor. tum *ordinatiſque coloniis.* Donatus in vita Virgilii: *In diſtributione agrorum, qui poſt Philippenſem victoriam veteranis triumvirorum juſſu dividebantur. Injuſta diviſio prædiorum* Lipſiana longius abit. Caute, ut omnia, Velleius, *juſſam agrorum diviſionem* dixit, quam neque ut juſtam voluit approbare, nec damnare, ut injuſtam, ne Tiberium offenderet, qui in acta Auguſti juraverat.

Hæc belli ſedem Præneſte ceperat] *Bellis* prima editio.

CAP. LXXVI. *Et propriæ claſſis factum ducem*] *Et propræ* erat in vetuſto exemplari, unde *propriæ* factum, cum *proprætore* fieri verius debuerit. nam Domitius jam ante claſſi fuerat præfectus, ut apud noſtrum cap. LXXII, Appianum, Suetonium eſt videre: quare & *civili bello maris potentem* Tacitus Annal. IV dixit. Huc pertinent denarii argentei, qui apud me exſtant, & à Fulvio Urſino exhibentur in gente Domitia Familiis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

miliis Romanis. Iis in nummis imago Cn. Domitii ab una parte, ab altera triremis oſtenditur: lib. I. cap. IX habuimus *Cn. Octavium prætorem navalem.* hinc & *navis prætoria*, quod claſſis ſub prætoribus. PROPRÆ. pro *proprætore* etiam occurrit in vetuſto marmore Brixiano: prorſus ut in hoc ipſo Velleii noſtri jam modo videbamus loco. C. PONTIO. C. F. PALIGNO. TRIB. M. LEG. X. GEM. CUR. LOCORUM. PUBLIC. ITERUM. ÆDIL. CUR. LEGATO. PROPRÆ. ITERUM. quod ſi tamen *propriæ claſſis dux* placet, ita accipiatur licet, ut apud Senecam patrem Epitome lib. VIII. Controv. II. *Teſtor Jovem proprium Phidiæ deum.* utpote quem Phidias adfabre non ſemel formaſſet. apud Tacitum Ann. II. cap. XVII, *Sequerentur Romanas aves, propria legionum numina.* & c. LV, *Offenſus urbi propria quoque ira.* cum antea Piſonem Athenienſibus exprobraſſe narraſſet, quæ contra remp. feciſſent. lib. XII. c. XVIII. *Eunonem nullis propriis odiis infenſum.* lib. III. cap. LXXIV, *Propriam manum Blæſus filius duxit.* lib. IV. c. V, *Quamquam inſideret urbem proprius miles.* inde urbanus ac prætorianus dictus. Ann. XII. c. XXIX, *Ipſi manus propria pedites.* Hiſt. II. cap. XLVI, *Prætoriani proprius Othonis miles* dicuntur *propria claſſis*, quam jam ante duxerat. Ann. XI. c. XXIX, *Vannio manus propria pedites. eques è Sarmatis erat. manus propria*, quam è Suevis popularibus ſuis Vannius collegerat. Sed *propria claſſis* odioſe dictum videri poſſit, quaſi in privatos magis uſus quam publicos, à Domitio comparata. tale illud Taciti Annalium initio, *Bruto & Caſſio cæſis nulla jam publica arma.*

Conſiliis ſuis illectum] Puto *conciliis*. Pro conciliationibus.

Circa Brundiſium] *Contra* in ſcripto. nec diſpliceret,

ceret, niſi præceſſiſſet proxime, *præparatuſque contra eum Cæſaris.* mox, *è quo infra ſe* vetus liber, non *quo infra.* nam bene Voſſius è veſtigiis membranæ, *niſi in id aſcendiſſet.*

CAP. LXXVIII. *Fuſte percuſſerat*] *Fuſti* vetuſtus codex. Nec immutari debuit. Tacitus Annal. III. cap. XX, *decumum quemque ſorte ductos fuſti necat.* ſic codex Mediceus Pichena teſte Annal. XIV. cap. VIII, *prior trierarchus fuſti caput ejus adflixit.* cap. XLIV, *ex fuſo exercitu cum decimus quiſque fuſti feritur.* nec dubito ſcribendum pari modo in Salluſtii fragmento apud Servium, *ſorte ductos fuſti necat.* mirus enim amator archaiſmi Salluſtius. ſic *igne* & *igni* ſimiliaque. noſter cap. LXXXVIII, *vivo igni devorato* & cap. CX, *omnia igni ferroque vaſtata. fuſti* dixit & Hirtius bello Hiſpan. cap. XXVII. noſter infra capite proximo in prima editione, *hac claſſi Cæſar.*

CAP. LXXIX. *Duxiſſet eam uxorem*] Tolle τὸ *eam.* ut & paullo ante *ei.* rectius enim erit, *deſpondente Nerone.* ut infra cap. XCIV. Poſtea, *ita inopinato claſſis adventu.* excidit vocabulum. quapropter ſcribe, *claſſis Pompeianæ adventu*, vel *inimicæ* vel *adverſæ.*

CAP. LXXX. *Inutilis in aliena victoria*] *In alienæ victoriæ* vetus exemplar. Tollendum τὸ *in* cum Rhenano. & deinde *diſſidendo Cæſari*, non *Cæſaris*, cum Acidalio.

Tela in eum jacta erant] *Acta* codex antiquus. quod ferri poteſt. Opinor tamen *adacta* à Velleio ipſo fuiſſe.

CAP. LXXXI. *Ejus reditus erant publici*] Non hoc voluit Velleius, nec vetuſtus codex, in quo, *ejus relicti erant publici.* Opinor, *ejus reſecti erant publici.* ad agros publicos refer, qui quod reſecti, hoc eſt magnam partem Capuanis ademti erant, reſarta eſt jactura ea ex agris Cretenſibus.

bus. vide omnino Dionem libro XLVIII. ſic & *recidere* dicebant *ſumtus*. de quo doctiſſimus Gronovius Obſervationum libro II. cap. XXII. *reciſum opus* noſter infra cap. LXXXIX. Tacitus Annal. III. cap. LIII, *quid enim primum prohibere, & priſcum ad morem recidere adgrediar? reſecare* reddendum Senecæ de Ira lib. I. cap. XIII. *Si juſtitia bonum eſt, nemo dicet meliorem futuram, ſi quid reſectum ex ea fuerit.* Sic enim reor: cum in ſcriptis exemplaribus nonnullis *defectum* inveniatur. vulgo *detractum*. *publica* pro pratis publicis Naſoni jam olim reſtitutum à me, Faſtorum V.

Vindice ſervabat nullo ſua publica vulgus:
Jamque in privato paſcere inertis erat.

Sed apud Velleium parum proprie Capuanis publica aſſignantur, cum publicum proprie ſit populi Romani, ſi Juriſconſultis credimus antiquis. Dig. de Verb. ſign. l. XVI. Deinde malim, *& aqua permiſſa.* non enim promiſſa ſolum Capuanis à Cæſare aqua Julia, ſed indulta quoque ac conceſſa. Seneca epiſt. CII, *Ille qui & mari & terra pecuniam agitabat, qui ad publica quoque, nullum relinquens inexpertum genus quæſtus, acceſſerat.* Sed id ad vectigalia referendum: *publicum* enim pro portorio aut vectigali, unde & publicani nomen mutuati, & *publicorum conductores* in jure. De *publicis publicoque* ea ſignificatione complura Lipſius ac ceteri interpretes ad Tacitum Annal. XIII. cap. LI. apud eundem Tacitum Hiſt. I. cap. LI, *contumacia Gallorum irritati, qui remiſſam ſibi à Galba quartam tributorum partem, & publico donatos in ignominiam exercitus jactabant.* ſic ſcribo. ut per *publicum*, tributa intelligat.

Templumque Apollini] *Apollinis* editio Rhenani.

CAP. LXXXII. *Qua æſtate Cæſar tam proſpere in Lepidum in Sicilia*] *Tam proſpere Libium* (in mar-

margine *Lepidum*) *in Sicilia* editio Rhenani. Locus peſſime adfectus. Neque enim in Lepidum militavit Cæſar, ſed res novas molientem ſine bello oppreſſit. Forte *qua æſtate Cæſar tam proſpere pro libitu in Sicilia pæne Fortunæ in Cæſarem & remp. militavit ad orientem.* vel, *ut libitum*, vel *ad libitum.* Quomodo apud Tacitum Annal. XII, *Abripi conjuges ad libita Cæſarum.* Annal. XIV. c. II, *Agrippina uſque ad libita Pallantis provoluta.* Annal. VI. cap. I, *Sua libita velut in captos exercebant. ut libitum* eidem quoque in uſu. Ann. XVI cap. XIX, *Inciſas venas, ut libitum obligatas aperire rurſum, & alloqui amicos.* quod mutandum non fuit in *iterum obligatas*: cum pari modo locutus ſit Ann. III. cap. II. & cap. XXVI. *tam proſpere*, ſc. *militavit*, quod ſequitur eo id refer. ſic Cæſarem & remp. etiam conjunxit ſupra cap. XLV, *alterum pæne imperio noſtro ac ſuo quæſivit orbem.* Cogitabam aliquando, ſi *Lilybæum* lateret forte ſub τῷ *Libium.* Sed cum hæc ad Meſſanam geſta ſint & ad Pelorum, Lilybæo locus vix videtur, niſi quod ex Africa trajecerat Lepidus, & à Lilybæo Meſſanam verſus legiones duxerat. Ita hiſtorici, atque in his Appianus.

Quibus ſervari ſe poſſe] *E quibus.* deinde, *conſilio ac fide ſervatur.*

Hoc M. Antonio ac tot illis legionibus ſaluti fuit] Ita reſcripſi minimum diſcedens à veteri ſcriptura, quæ habebat, *acto illis legionibus.* Voſſius *ac tot illius legionibus.* proxime verum. Vulgo *atque illis legionibus.* Tacitus Ann. I. cap. VI, *Germanicus, cujus in manu tot legiones.* Adi infra c. XC annotationes noſtras. *ac tot legionibus* Lipſius.

In omnia & in omnibus venalis] *Et omnibus venalis* cum Lipſio Voſſius. Ego *in omnia omnibus venalis.* cap. CX pari modo, *omnia omnibus locis igni ferroque vaſtata.* ubi vulgo *& in omnibus locis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

cis. cap. C X I, *revocati undique omnes veterani.* non *& omnes.* Sic & infra loco luxato cap C I I I ſcribebam, *ſit unum dixiſſe, quam ille omnia omnibus fuerit*, quando id à Lipſio jam occupatum animadverti, qui conſulendus eſt illic loci. ſupra cap. L X I X pari modo corrigendum, *cum Vatinius nulli in omnia non eſſet poſtferendus.* ubi vide quæ à me annotentur.

Cum redimitus hederis] *Tum* ſcribe. reſpondet enim præcedenti *cum.* Talis & Silius adulter Meſſalinæ deſcribitur à Tacito Annal. XI. c. XXXI.

CAP. LXXXIII. *Hunc mox avunculum Titius imitatus eſt*] Vetus liber, *mox autem hunc mox avunculum.* Scribe, *mox autem hunc noxa avunculum Titius imitatus eſt.* eidem crimini obnoxios deſcribit Plancum Titiumque. de *noxa* ſive *noxia* dictum cap. XII. lib. I. tum *Coponius vir è prætoriis graviſſimus*, quod Scheckius occupavit, & cum Voſſio, *patris Silii ſocer.* nam membranæ, *Coponius vir & prætorius.*

CAP. LXXXIV. *Navium hinc magnitudo modica cum celeritate, adverſa illa ſpecie terribilior*] Rhenani editio, *navium hæc magnitudo modicave* (v. c. *modicane*) *celeritate adverſa, illa ſpecie & terribilior.* Lege, *navium hac magnitudo modica, nec celeritati adverſa, illac ſpecie terribilior. hac*, ſcil. parte.

Aliqui transfugiebant] *Aliquid transfugiebat* vetus codex, hoc eſt aliquid militum vel ſociorum navalium. Ni mavis, *aliquis transfugiebat.* contra idem codex cap. L X X V I, *niſi in is aſcendiſſet* pro *in id.* ut recte Voſſius.

Nam Deillius exempli ſui tenax ut à Dolabella ad Caſſium] Ita feliciſſimum in modum Lipſius è veſtigiis vetuſti codicis, in quo, *nam de illius exemplis vitæ naxuta Dolabella ad Cæſarem, virque clariſſimus.* Opinor tantum addendum *ante.* exempli

pli ſui tenax, ut ante à Dolabella ad Caſſium. Caſſium certe pro *Cæſare* huc revocandum locus Senecæ è Suaſoriis jam ab aliis productus evincit. Error inde natus, quod τὸ *ad Cæſarem* & præceſſerit paullo ante & mox ſubſequatur denuo.

CAP. LXXXV. *Ceſſere victoriam*] *Victoria* malo. ſic cap. LXIII, *qui titulo imperii cedebat Lepido.*

Ut dubites ſuone an Cleopatræ arbitrio victoriam temperaturus fuerat] *Fuerit* ut ſcribatur exigit Latinitatis ratio. Vetuſtus codex, *videbit è ſuo an.* Unde *viderit* Rhenanus approbante Lipſio. Forte, *ut ne* (vel non) *dubitetur, ſuone an Cleopatræ arbitrio victoriam temperaturus fuerit*. etſi paullo longius ea ſcriptura abit à vetuſta lectione.

CAP. LXXXVI. *Nec quiſquam interemtus, niſi pauciſſimi, & ii, qui deprecari quidem pro ſe non ſuſtinerent*] Vetus editio, *interemptus eſt, pauciſſimi & hi.* Lege, *nec quiſquam interemtus eſt, niſi pauciſſimi, & hi, qui ne deprecari quidem pro ſe ſuſtinerent.*

At Soſium L. Arruntii priſca gravitate celeberrimi fides, mox diu clementia luctatus ſua Cæſar ſervavit incolumem] Omni profecto commendatione major hujus loci reſtitutio, quæ Claudio debetur Puteano. ſed poſtrema periodi in mendo etiamnum cubant. ſcribendum quippe, *mox diu cum clementia luctatum ſua Cæſar.* vel *clementiæ obluctatum ſuæ.* Non enim auſus clementiæ Cæſaris Soſius ſe credere deliteſcebat aliquamdiu, Dione teſte.

CAP. LXXXVII. *Alexandriam*] *Alexandream* codex vetuſtus, nec immutari debuit. ſic enim Horatio, Propertio, & in nummis antiquis. ita & cap. LXVII ſcribendum. *vectus eſſet Alexandreæ.* ut & aliis apud noſtrum locis.

Adeo ut multa deſidiæ crimina morte redimeret] Locus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Locus luxatus. Poſt *crimina* inſerendum *una.* quod ut omitteretur à librario per cognationem litterarum utriuſque factum vocabuli. *Multa crimina* concinne *uni morti* reſpondent. Tale illud Senecæ conſolatione ad Polybium : *Ab hac infamia te vindica , ne videatur omnibus plus apud te valere unus dolor , quam hæc tam multa ſolatia.* Niſi volumus ſcripſiſſe Velleium , ut plus vice ſimplici pari de cauſa ſit peccatum hoc loco, *adeo ut multa temulentæ deſidiæ crimina una morte redemerit.* quod opinor verum. Erat enim vinoſiſſimus Antonius. ut è Cicerone , Plutarcho, ipſo etiam Velleio ſupra cap. LXIII & LXXXII, ac aliis ſcriptoribus eſt manifeſtum. Tertullianus de Pallio : *Dabo catharcticum impuritati Scauri, & aleæ Curii, & vinolentiæ Antonii.* De ebrietate Antonii Seneca etiam Ep. LXXXIII. & quis non? Simile quid & de Othone Tacitus. *ebrium Imperatorem* Antonium vocavit Florus libro IV. cap. XI ubi de Cleopatra agit, *Hæc mulier Ægyptia ab ebrio Imperatore pretium libidinum Romanum imperium petit.* Cognatio litterarum & ſimilitudo in vocabulis conjunctis quantas interdum concinnet turbas nos ex parte dicemus infra ad cap. CX.

Illata aſpide morſu ſane ejus expers muliebris metus] *In morſu* vetuſtus liber. nimirum *inmorſu* unica voce ſcribendum. cum à mordere , admordere , demordere , immordere deducantur. *admordere* habemus apud Propertium de Cleopatra , quo verbo Plautus etiam & Maro ſunt uſi ,

Pectoraque aſpexi ſacris admorſa Colubris.

Immordere eidem alibi ,

Et collum immorſi dentis habere notam.

Demorſi ungues apud Perſium. Ceterum videtur ſcribendum , *inlata aſpidis immorſu ſanioſo* , (vel &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

& immorſa ſanie ejus, ut *immorſo dente* paulo ante apud Propertium) *expertem muliebris metus ſpiritum reddidit*. tum mox, *juſſuve ejus ſit interemtus*. τὸ *ſit* exciderat. *Sanies* pro veneno ſerpentum ſæpe apud ſcriptores occurrit. Appoſite Lucanus libro IV.

Aſpidas ut Pharias cauda ſollertior hoſtis
Ludit, & iratas incerta provocat umbra,
Obliquanſque caput vanas ſerpentis in auras
Effuſæ tuto comprendit guttura morſu
Letiferam citra ſaniem.

Reddendum id vocabuli & Propertio lib. III. El. V.

Illum turgentis ſanie portenta rubetæ,
Et lecta è feris ignibus oſſa trahunt.

Sic iſta è membranarum veſtigiis concinnanda. Nam τὸ *ranæ rubetæ* ex interpretamento profluxit. contra *virus* pro *ſanie*. apud eundem Lucanum libro I de tauro immolato:

——— *Sed vulnere largo*
Diffuſum rutilo nigrum pro ſanguine virus
Emicuit.

Tabificam exſpirans ſaniem ſerpens apud Silium libro VI. ſic & Naſo Met. IV. & Seneca Medea. hinc *ſanioſus*. Plinius Nat. Hiſt. lib. VII, cap. XV, *Aut non vitales partus eduntur, aut ſanioſi, ut auctor eſt Nigidius*. *Sanioſa lues* apud Apuleium Mileſiorum initio, qui locus nunc circumfertur depravatiſſimus, ita conſtituendus: *Et ſtatim miſer ut cum illa acquievi, ab unico congreſſu ſanioſam & peſtilentem luem contraho.*

CAP. LXXXVIII. *Quippe vixit anguſti clavi pæne contentus*] *Anguſto clavo* reſcribunt. Albertus Rubenius de lato clavo, *anguſti clavi pænula contentus*. Fuit, & cum ego caſtigandum cenſerem, *anguſti clavi fine contentus*. ſed *contentus* regit etiam caſum ſecundum, ut monui ad

Naſo-

Naſonem Metamorphoſ. XV. v. 515. ubi ſcriptus liber pervetuſtus,

Corda pavent comitum: mihi mens interrita manſit
Exſilii contenta ſui.

Lib. V. v. 169. *Contentuſque fugæ eſt.* Et gaudet hiſce non parum Velleius. *Effuſiſſimus munificentia* cap. XLI. *cupiti interritus* cap. XLV. *clariſſimus diſciplinæ* II. cap. V. *latus animi & ingenii* cap. XCIII. Eleganter autem *pane contentus anguſto clavo Mæcenas*, quod quamvis intra ordinem equeſtrem ſe videretur continere, tamen urbis præfecturam, quod munus equeſtri ordine majus, adminiſtraret, & plurimum gratia atque auctoritate poſſet apud Auguſtum Cæſarem. Fruſtra igitur Lipſius, *bene* vel *plane contentus.* Tacitus Annal. III. cap. XXX de Criſpo Salluſtio: *Atque ille, quamquam promto ad capeſſendos honores aditu, Mæcenatem æmulatus ſine dignitate ſenatoria multos triumphalium conſulariumque potentia anteiit.* Idem lib. VI. cap. XI. *Ceterum Auguſtus bellis civilibus Cilnium Mæcenatem equeſtris ordinis cunctis apud Romam atque Italiam præpoſuit.* Paria habes & apud Dionem lib. XLIX. & lib. LV. cujus verba deſcripſit Zonaras Annalium tomo ſecundo. Excogitavit nempe præfecturam urbis Auguſtus, ac primam in Mæcenatem contulit, ut prætoriam poteſtatem ſic infringeret. De Mæcenatis hac potentia modeſtiaque cum alii tum Propertius etiam:

Mæcenas, eques Etruſco de ſanguine regum,
Intra Fortunam qui cupis eſſe tuam:
Cum tibi Romano dominas in honore ſecures,
Et liceat medio ponere jura foro,
Vel tibi Medorum pugnaces ire per hoſtes,
Atque ornare tuam fixa per arma domum;
Et tibi ad effectum vires det Cæſar, & omni
Tempore tam faciles inſinuentur opes;
Parcis, & in tenues humilem te colligis umbras.

Male

Male etiam ſollicitantur hæc ſubſequentia à Lipſio aliiſque, *Nec minora conſequi potuit, ſed non tam concupivit*: in quibus nihil eſt novandum. *non tam concupivit*, quam Agrippa, cujus honoribus *non minora potuit conſequi*, cum *æque carus Auguſto eſſet Mæcenas*. Pendent enim hæc à ſuperioribus, quæ agebant de Agrippa.

Hic ſpeculatus eſt] Tolle verbum ſubſtantivum. nam conjungenda hæc τῷ *reſtinxit* ſubſequenti.

Æquetur prædictæ Calpurniæ Antiſtii] In veteri libro videtur exſtitiſſe, *prædictæ jam Antiſtiæ*. ſic certe Rhenani editio. Forte, *prædictæ jam Antiſtii*: uxori videlicet. ut Calpurnia ſubintelligatur, quam ſupra nominaverat, ut ejus nomen hic iterari minus fuerit neceſſe. apud Maronem *Hectoris Andromache*, apud Lucanum *Catonis Marcia*, apud Naſonem *Eliſſa Sichæi*, apud Tacitum Ann. IV c. XI *Apicata Seiani*, apud Plinium Nat. Hiſt. libri VII Indice, *Agrippina Claudii*; Vetus denique inſcriptio Romæ, Q. CÆCILIÆ. Q. CRETICI. F. METELLÆ. CRASSI. mox Burrerius in vetuſto exemplari inveniſſe ſe teſtatur, *præmatura morte immortalem nominis ſui penſavit memoriam*.

CAP. LXXXIX. *In Italiam atque urbem, quo occurſu, quo favore*] *Occurſus quo favore* vetuſtus codex. ut *occurſus* ſit ſecundi caſus. favor ipſo occurſu hominum demonſtratur. ſed cenſeo vocibus tranſpoſitis ſcribi oportere, *reverſus in Italiam, quo ad urbem occurſu quo favore hominum*, &c. *exceptus ſit*. deinde *repræſentaverit* editio Rhenani.

CAP. XC. *Coaleſcentibuſque reip. membris, quæ tam longa armorum ſories laceraverat*] Auctior membrana, ſed mendoſa, *reip. membris & coram altero quæ tam longa*. ea variis conjecturis jam fuerunt obnoxia. Lipſius *curante eo*. Sequor litterarum ductum, & ſcribo, *eo cura majore, quia tam longa*. vel *& eo cura majore*. Et hoc facit ad lau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

dem Auguſti. Vult enim eo majore cura opus fuiſſe ad componenda reip. membra, quod per tam longam tot bellorum ſeriem miſere ea jam eſſent lacerata. ſic cap. CVI. *mira felicitate & cura ducis.* Inveteratum enim malum difficilius profligatur, quam nuper enatum. Paullo poſt, *Delmatia* opinor. nam ſic alibi vetuſtus codex & nummi veteres. tum *ad certam confeſſionem adacta eſt imperii*, non *pacata* ſuſpicari liceat Velleium ſcripſiſſe, quia *pacatus victoriis terrarum orbis* paullo ante præceſſit, & proxime ſubſequitur, *Hiſpaniæ multo varioque Marte pacatæ.*

Alpes feris multiſque nationibus celebres] Rectius fuerit *feris incultiſque nationibus*. Tacitus Ann. IV. cap. XLVI, *Decreta triumphi inſignia Poppæo Sabino, contuſis Thracum gentibus, qui montium editis inculti, atque eo ferocius agitabant.* Vide infra cap. CXVI. Iterum Tacitus Ann. XIV C. XXIV, *Ventum dehinc in locos cultos, demeſſaque ſegetes.*

Primo anno ſecundi Punici] *Secundi belli Punici.* Durius enim, ſi *bellum* ſubintelligetur.

Ut amiſſis P. R. imperatoribus] *Ut amiſſis prætor imperatoribus* prima editio. Scribe, *ut amiſſis Po. Ro. tot imperatoribus exercitibuſque.* ſupra C. LXIX caſtigandum quoque videtur, *Imperatoribuſque P. Ro. validis in Syria legionibus.* Tacitus vita Agricolæ cap. XLI, *Tot exercitus in Mœſia, Daciaque, & Germania, Pannoniaque temeritate aut per ignaviam ducum amiſſi.* Supra cap. LXX, *Hoc M. Antonio ac tot illis legionibus ſaluti fuit.* uti & illic corrigendum.

CAP. XCI. *Cum eſſet omni flagitiorum ſcelerumque conſcientia merſus*] Inſolens loquendi modus, ſi recte attendis. Fors ſit ut dederit Velleius, *omni flagitiorum ſcelerumque ceu ſentina merſus.* Florus libro III. cap. XII, *Illæ opes atque divitiæ adflixere ſæculi mores, merſamque vitiis ſuis, quaſi ſentina,* rem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

rempublicam peſſumdedere. Salluſtius Catilinario bello: *Primum omnium, qui ubique probro atque petulantia maxime præſtabant, quos flagitium aut facinus domo expulerat, hi Romam, ſicuti in ſentinam, confluebant.* Declamatio in Salluſtium, ſub Ciceronis nomine vulgata: *Niſi forte in ea te caſtra conjeciſti, quo omnis ſentina reip. confluxerat.* Quinctilianus lib. VIII. cap. VI, *Non enim ſi recte Cicero ſentinam reip. dixit, fœditatem hominum ſignificans, idcirco probem quoque illud veteris oratoris, proſecuiſti reip. vomicas. ceu ſentina merſus,* ut ſupra c. XLVIII apud noſtrum loco mendoſiſſimo ſcribendum rebar de Curione: *Cujus animo volutanti in ſuis velut libidinibus nullæ nec opes nec cupiditates ſufficere poſſent. mergi conſcientia ſcelerum* tamen utcumque potuit dixiſſe, ut in Piſonem Tullius, *opprimi conſcientia ſcelerum ſuorum.*

CAP. XCII. *Aberat in ordinandis Aſiæ Orientiſque rebus*] Malim, *aberat ordinandis rebus.*

CAP. XCIII. *Secure ei poſſe contingere*] Scribe *ſecuro ei.* nam codex vetuſtus *ſecuros ei.* & ſic Lipſius. mox idem perperam, *cum rex quoque Parthorum.* ſi quid mutandum, ſcripſerim: *cujus rex quoque Parthorum tanta nominis fama territus.*

CAP. XCIV. *Deſpondente Nerone*] Burrerius ait, videri fuiſſe in veteri exemplari, *reſpondente ei Nerone.* Ego opinor ſcribendum, *deſpondente eam Nerone.* ni mavis tolli τὸ *ei.* ſupra cap. LXXIX legitur quoque *deſpondente ei Nerone.* ubi dixi τὸ *ei* videri redundare.

Qui protinus quantus eſt ſperari potuerat] Puto, *ut protinus, quantus eſt, ſperari potuerit, viſuque prætulerit principem.* vel *quis.*

Artavaſdi dedit] An *didit?* pro tradit. mox male Lipſius *cum rex quoque Parthorum. cujus tanti nominis.* hæc conjungenda.

CAP. XCV. *Quod non agnoſceret ſenex*] Scribe.

be, *quo non agnoſceret ſe ſenex.* vel, *quod non agnoſceret in ſe ſenex.* & id recte. infra tamen c. CXIV, *Adjiciam & illud, quod quiſquis illis temporibus interfuit, agnoſcet protinus.* agnoſcet verum.

CAP. XCVII. *Æqua ac par ſui æſtimatio*] Malim *par ſibi.* de quo loquendi modo ad Naſonem nos plura.

CAP. XCIX. *Lucius item jam maturus eſſet viris*] Ridicule profecto. Maturæ viris virgines dicuntur, cum ad pubertatis annos pervenere. Maturus viris adoleſcens non poteſt dici Latine, niſi in obſcænam partem id detorqueatur. ſic in Priapeiis pro *nobiles cinædos* aliquando *nubiles* legebam. Ceterum hoc loco caſtigandum haud dubie *maturus eſſet curis.* hoc eſt reip. adminiſtrandæ, aut tractandis armis. ſic de Tito Veſpaſiano Tacitus Hiſt. II. initio, *maturam petendis honoribus juventam ferebat.* poſt ſumtam videlicet togam virilem. *curas viriles* Maro dixerat de Aſcanio,

Ante annos animumque gerens curaſque viriles.

Denuo Tacitus Hiſt. IV cap. II, *Nomen ſedemque Cæſaris Domitianus acceperat, nondum ad curas intentus, ſed ſtupris & adulteriis filium principis agebat.* Tiberius apud eundem Ann. I cap. XI, *Se in partem curarum à Divo Auguſto vocatum experiendo didiciſſe, quam arduum regendi cuncta onus eſſet.* cap. XIX, *incipientes Principis curas onerare.* Annal. XI c. XXV. Pallas Libertus Claudio adoptionem Neronis ſuadens, *ſe quoque accingeret juvene partem curarum capeſſituro.* *curas publicas* vocat Ann. IV c. LXVII de Tiberio, *quanto intentus olim publicas ad curas, tanto occultior in luxus.* lib. VI cap. XXV, *Sed Agrippina æqui impatiens, dominandi avida, virilibus curis feminarum vitia exuerat.* lib. XIII. c. XIV, *Demovet Pallantem cura rerum quîs à Claudio impoſitus erat.* Sed jam nimii ſumus.

Vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Viſendi ejus gratia ad quem convenientes] Sic priſcæ editiones cum ſcripto. Opinor *viſendi ejus gratia undecumque convenientes.* vel *undique.* Vide ſis Voſſium ad cap. VI libri II.

CAP. C. *Pro licito vindicans*] Alii *indicans.* Opinor, *venditans.* hoc eſt palam oſtentans. ſic *venditare ſe litteris Senatui*, cap. LXIII. Tacitus de Galba, *Famæ nec incurioſus, nec venditator. Venditationem* & *oſtentationem* Cicero aliique è ſcriptoribus antiquis non ſemel conjungunt.

Violator ejus domus] Forte *violator Auguſtæ domus.* ut τὸ *ejus*, irrepſerit è gloſſa, ut ſæpe alias.

CAP. CI. *Aliis provinciis ad ſidendum obitis*] Bene Lipſius *ad viſendum obitis.* ſupra cap. XCIV, *Nec multo poſt miſſus ab eodem vitrico cum exercitu ad viſendas ordinandaſque, quæ ſub Oriente ſunt, provincias.* Tacitus Ann. XV cap. XXI, *Olim quidem non modo prætor aut conſul, ſed privati etiam mittebantur, qui provincias viſerent.* Legebam aliquando, *ad jus dicendum.* quomodo cap. CXIIX, *in foro jus dicere.* Nunc Lipſium ſequor.

Cum Rege Parthorum, juvene excelſiſſimæ inſulæ] Scribunt *juvene excelſiſſimo, in inſula. In inſula* probe. de *juvene* Parthorum Rege falſum manifeſte. *Phraates* enim Parthis jam imperitarat per annos multos. nec Lipſio tamen adſenſum præbere poſſum, qui reſcribit, *juvenis excelſiſſimus*, ut de Caio Cæſare dicatur. Cur enim tam honorifice loquatur hic de illo, quem paullo ante non minus vituperabat, quam laudabat. Reor excidiſſe nonnullas ſyllabas, quod familiare membranis Velleianis, ut ſcribatur, *cum Parthorum rege, ſene excelſiſſimæ mentis, in inſula.*

Et omnibus ad Orientem viſis provinciis] Alii *verſus*, vel *uſus.* Scribe, *ad Orientem verſis provinciis.* Tacitus Hiſt. lib. I cap. LXXVI, *Simul Ægyptus omneſque in Orientem verſæ provinciæ nomine Othonis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

tenebantur. ubi etiam turbant libri veteres. lib. II cap. LXXXIII, *verſum in Italiam mare longis navibus claudere.* de Moribus Germanorum: *Rhenus in Occidentem verſus.* Pro *&* ore *atque utroque maris Pontici latere*, puto, *& ora ab utroque maris Pontici latere.* ſic ſupra, *ora Aſiæ.* & cap. LXXIII, *ora maritima.*

CAP. CII. *Prima parte introitus proſpere geſſit*] Iteranda ſyllaba poſtrema in *proſpere. proſpere rem geſſit.* mox puto, *diu inde eluctatus.* nam ſcriptum exemplar dubie, aut *diu luctatus* aut *de reditu luctatus.*

Limyram nominant] *Limyra* vetus exemplar. hoc eſt *Limyran.* Prima enim littera ſubſequentis vocabuli hanc abſorbſerat. Nomina Græcanica paſſim Græca effert enuntiatione Velleius, etſi, qui membranas ejus deſcripſere, id non ſemper adſecuti ſunt. vide annotata noſtra ſupra c. XXXIII.

CAP. CIII. *Atque vehementer repugnante Nerone*] *Eoque* vetus exemplar. Puto *adeoque.*

Id unum dixiſſe juvat] *Juvat* non exhibetur in membranis. deinde nec *carus* ex agnoſcunt: *quam ille omnibus fuerit.* Puto, *vix in illo juſto opere abunde perſequi poterimus, nedum hic implere. Tentemus id unum dixiſſe, quam ille omnibus omnia fuerit.* vel, *Id unum habeo dixiſſe.* ut cap. CXXIV, *Id ſolum voce publica dixiſſe habeo.* Adulatorie omnino, & multa paucis artificioſe complexus Velleius. *omnia omnibus* jam vidit Lipſius. Cognatio vocum contiguarum in membranis ſæpe effecit, ut harum altera omitteretur. vide nos ad cap. CX. Sic apud Petronium, *Trimalchioni τὰ πάντα eſt.* ita lege, non *Trimalchionis.* ſic & forte ſupra caſtigandum cap. LXXXIII, *in omnia omnibus venalis.*

CAP. CIV. *Præfectus aut legatus ſpectator & pro captu*] *Spectatus pro captu* prima editio. mox ſcribo, *non continentium ſe, quin protinus adjicerent.*

CAP. CV. *Caninefates*] *Caninifaci* vetus exemplar.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

plar. hoc eſt *Caninifati.* ſic *Teutoni* & *Teutones*, ſimiliaque. mox *recepti Cheruſci gentes.* Tolle τὸ *gentes*, quod ex gloſſa irrepſit. idque viderat jam Lipſius. deinde feliciter ac perpulchre Voſſius, & *utinam minus mox noſtra clade nobilis Viſurgis*, è veſtigiis ſcripti codicis: quæ reſtitutio loci mendoſiſſimi laudari pro merito ſatis non poteſt.

Eum veris initio reduxit in Germaniam] *Veris initi* codex antiquus, unde *initio* factum. Sed cur non *veris initu*? quod etſi minus obvium, elegans tamen & Latinum haberi par eſt. Adi Lambinum ad Lucretii librum primum.

Uſque in menſem Decembrem perducta] *Producta.* Deinde *immanis emolumentum fuere victoriæ*, pro *fecere.* amat iſtas locutiones Velleius. Immo *in immanis emolumentum ceſſere victoriæ.* infra cap. CXIV *Hiems emolumentum patrati belli contulit.*

CAP. CVI. *Temporum quoque obſervantia*] *Temporumque* malo.

CAP. CVII. *Sub omnem motum noſtrarum navium protinus refugientium*] Refugiebant barbari terrore perculſi, ſimul atque naves Romanæ ſe movebant: unus tamen horum ad medium fluvii proceſſit. Hoc Velleius voluit. In veteri codice erat, *ſub omnem motumque.* Corrigo *ſub omnem motum. cujuſcumque noſtrarum navium protinus refugientibus unus è barbaris.* ni mavis, *ſub omnemque motum.* Refugiſſe naves Romanas neque fit veriſimile, neque narraſſet Velleius, ſi factum eſſet, ut Tiberio immane quantum ubique blanditur in omnibus. mox in illis, *in eam quam armis tenebamus, ripam*, nihil eſt mutandum.

Et diu tacitus] *Et* ſupervacuum tollatur.

CAP. CVIII. *Incinctos Hercinia ſilva campos*] Reor id præſtare, *Hercinia ſilvæ.* Tum ſcribe, *neque mobilem, ſed ex voluntate parentium conſtantem inter ſuos occupavit principatum, & certum imperium.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

CAP. CIX. *Corpus ſuum cuſtoditum, imperium perpetuis exercitiis*] Nugæ ſunt de corpore ſuo cuſtodito: neque enim id aut novum in viro principe, aut commemoratione dignum: ſed nec ad rem facit hic loci. pro *cuſtoditum* præterea *cuſtodiatum* vetuſtus liber & primæ editiones. pro quo haud dubie reſcribendum *cuſtodia tutum*. ſic *cuſtodia provinciarum*, pro milite præſidiario, cap. XIV, *cuſtodiæ maris præeſſe* cap. LXXII. *cuſtodiis exercitus incluſus hoſtis* c. LXXXVIII. Tullius Philipp XII. *Itaque in urbe, ſi ſic licebit, manebo: hæc mea ſedes eſt, hæc vigilia, hæc cuſtodia, hoc præſidium ſtativum.* ſed & alibi is non ſemel *cuſtodias* cum *vigiliis & excubiis* conjungit. Præterea *ſui juris* præceſſerat apud Velleium, ut τὸ *ſuum* minus concinne hic denuo repetatur. Subodoratus ſum latere elegantem loquendi modum, quem ecce: *Corpus cuſtodia tutum imperii* (vel *Corpus ſui cuſtodia tutum imperii*) *perpetuis exercitiis pæne ad Romanæ diſciplinæ formam redactum*, &c. Supra dixerat de hoc ipſo Maroboduo, *finitimos omnes aut bello domuiſſe eum, aut conditionibus ſui juris feciſſe*. Gentes varias in poteſtatem à Maroboduo redactas Strabo recenſet lib. VII. videndus & Tacitus de iis Ann. II c. XLV, & cap. LXIII. E quibus membris corpus imperii, quod hic deſcribitur, conſtabat. Simili omnino modo *Imperii Romani corpus* dicitur apud Naſonem Triſtium II.

Denique ut in tanto, quantum non exſtitit umquam,
Corpore, pars nulla eſt, quæ labet, imperii.

Lucanus lib. VII. v. 406.

nulloque frequentem
Cive ſuo Romam, ſed mundi fæce repletam,
Cladis eo dedimus, ne tanto in corpore bellum
Jam poſſit civile geri.

ſic veriſſime meliores membranæ, non *tempore*. Seneca de Clementia lib. II cap. II, *Tradetur*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

illa animi tui manſuetudo ac diffundetur per omne imperii corpus. Tacitus Hiſt. I cap. XVI, *Si immenpum imperii corpus ſtare ac librari ſine rectore poſſet, dignus eram, à quo reſp. inciperet.* Florus libro IV cap. III pari modo de Octavio Auguſto: *qui ſapientia ſua atque ſollertia perculſum undique & perturbatum ordinavit imperii corpus.* & mox: *omni genere diſcriminum, civilibus, terreſtribus ac navalibus bellis omne imperii corpus agitatum eſt.* ſic & *corpus reipublicæ* Tacito Ann. lib. I, *unum eſſe corſus reip. atque unius animo regendum.* Idem Hiſt. IV cap. LXIV, *Rediſſe vos in corpus nomenque Germaniæ.* Tullius lib. I de Officiis, *reipublicæ corpus curare.* Apud Livium *corpus civitatis*, & *totius Peloponneſi corpus. corpus philoſophiæ in membra diſponere,* Senecæ Epiſt. LXXXIX. *corpus* pro exercitu apud eundem Tacitum Hiſt. II cap. XXVIII. ubi fremunt legiones alio mitti cohortes Batavas. *Si victoriæ ſanitas, ſuſtentaculum, columen in Italia verteretur, non abrumpendos ſuo corpori validiſſimos artus.* Perperam in contextu Taciti nunc circumfertur *ut corpori.* ſed de corpore militari nos plura caſtigationibus in Maronem Æneid. XII. *corpus rerum naturæ* c. LXVI. de mundo habes apud noſtrum. *Membra reip. lacerata* denuo apud noſtrum cap. XC. τὸ *armorum* videtur excidiſſe præterea. *armorum perpetuis exercitiis.* ſic *exercere bellis exercitum* paullo poſt hoc ipſo capite.

Totumque ex male diſſimulato agebat æmulum] Legendum *totuſque.* tum paullo poſt, *majori, quam quod obibat, operi præparabat,* non *quam quod habebat.* id enim minus Latinum. *obire opus,* ut *obire munia, partes,* & ſimilia.

Initium ejus finium] *Cujus finium* vetus liber. hoc eſt *hujus.*

CAP. CX. *Rumpit, interdum moratur*] Puto iterandum, *rumpit interdum, interdum moratur*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

propoſita hominum fortuna. ſic cap. CXIV, *captum alterum, alterum deditum.* ubi in membranis τὸ *alterum* ſemel tantum erat expreſſum. cap. CIX in iiſdem, *ut neque bello nos laceſſeretur.* cum ſcribendum alii jam monuerint, *ut neque bello nos laceſſeret, & ſi laceſſeretur.* cap. CXVI. *ornamentis triumphalibus, conſentiente cum judicio principum voluntate Senatus, donatus eſt.* ſic recte viri eruditi: cum *donatus* abſit è vetuſto codice. vide nos ad cap. CIII.

Admotoque exercitu non plus quam quinque dierum iter a primis hoſtium, Saturninum admoveri placuerat] Videtur ſcribendum loco perplexiſſimo, *amotoque exercitu.* nobis *non plus quam quinque dierum itinere à primis hoſtium.* vel *non plus quinque dierum itinere*, omiſſo τοῦ *quam*, ut alibi ſæpe. Cum exercitus jam à primis hoſtium non plus itinere quinorum dierum eſſet remotus. nam *admoto exercitu* & *Saturninum admoveri placuerat* prorſus inconcinnæ ſunt repetitiones. Poſtea defectum bene conſtituit Voſſius, *cujus copiæ pæne æquali diviſæ intervallo.*

Univerſa Pannonia inſolens longæ pacis bonis] Parum abeſt, quin τὸ *bonis* expungendum cenſeam, etſi *pacis bona* alibi quoque apud noſtrum occurrunt, ut cap. XCII. Sed vide nos ad cap. LXXXVIII.

Ex conſtituto arma corripuit] *Conſtitit* non *ex conſtituto*, & paullo ante, *omnibuſque tractus*, vetus exemplar. Forte *omnibus æque tractus ejus gentibus in ſocietatem adductis conſtituta arma corripuit.* Poſſis etiam, *in ſocietatem adactis. Cum univerſa Pannonia inſolens longæ pacis, & adjuta viribus Dalmatiæ, omnibuſque tractus ejus gentibus in ſocietatem adjunctis, conſtituta arma corripuit. conſtituta arma*, quibus corripiendis certum tempus erat conſtitutum. cap. CXVIII, *tempus inſidiarum conſtituit. adjuta viribus Dalmatiæ* Fulvii Urſini eſt. *adjunctis* :

ctis: ut apud Tacitum Hiſt. I. cap. LXXIX, *Vagos & incurioſos tertia legio adjunctis auxiliis repente invaſit.*

Pars in Macedoniam effugerat] Sic membranæ, non *eruperat*. Unde bene viri docti, *ſe effuderat*. ni mavis, *effuſa erat*. ut cap. CXI. infra vetuſtus liber, *Fuga regiorum equeſtris acies* pro *fuſa*. quomodo bene Voſſius, non *fugata*. deinde præſtiterit, *ſuis ſedibus præſidio eſſe*, quam *præſidium*.

Proxima duobus Batonibus ac Pinneti ducibus auctoritas erat] Et hic exciderant duæ ſyllabæ, ſi quid video. nam ſcribendum, *porro maxima* pro *proxima*. Deinde *Pineti* malo, ut cap. CXIV. ſiquidem prima hujus nominis ſyllaba apud Naſonem corripitur, loco mendoſo in vulgatis libris, Ponticorum II. El. II. v. 77. quamquam Dioni Πίννης eſt.

Adde triumphatos modo Pœonas, adde Pineti
Subdita montanæ brachia Dalmatiæ.

Ubi perperam nunc circumfertur etiam in membranis, *adde quieti*. Ego olim *Quiriti*. Sed verius *Pineti*. Romani enim veteres litteram N non geminabant teſte Gellio.

In omnibus autem Pannoniis] Delendum τὸ *in* ſollemni apud noſtrum errore. Vide annotata ad cap. LXVI. deinde puto *pleriſque etiam litterarum uſus familiaris animorum erat exercitatio*, per appoſitionem, ut ſolet noſter. vel, *ut familiaris*.

Omnia & in omnibus locis igni ferroque vaſtata] An & hic *omnia omnibus locis?* vel *& omnibus locis*. vide nos cap. LXXXIII.

Stabilem illum & firmatum tantorum bellorum experientia Cæſaris Auguſti animum] *Formatum* vetuſtus liber. quod à doctiſſimo Voſſio non debuit probari. nec recte illi, qui inde *fortunatum* fecerunt. Opinor ab ipſo Velleio fuiſſe *obfirmatum*. *offirmatum* ſcripſerat primo librarius. Pari modo vetuſtum exemplar cap. CXXIII. *ad formanda pace quæ bello ſubegerat*. *ad obfirmanda*. *firmatum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

etiam tolerari commode poteſt. Naſo Faſtorum I.

Vocibus Evander firmata mente parentis.

Ita illic meliores ſcripti, quam lectionem pluribus ſuo loco ivimus adſertum.

CAP. CXI. *Revocati undique omnes veterani*] *Revocatus undique & omnes veterani* prima editio. Lege, *revocatus undique & omnis veteranus.* Vide annotata nobis cap. LXXXIII.

In urbis Romanæ] *Romæ* prima editio. nec mutari oportuit. ſic libro II. cap. III, *Hoc initium in urbe Roma civilis ſanguinis.* cap. CXIIX vetus liber, *civitatis Romæ*, non *Romanæ.*

Operæ pollicitæ] *Pollicitati* prima editio. an *operæ pollicita & oblatæ?*

Itaque ut præſidium militum] Locus varie tentatus. τὸ *m* perperam geminatum loco corrumpendo cauſam præbuit. nam pro *præſidium militum* ſuſpicor à Velleio fuiſſe *præſidium ſolitum. Solitum præſidium* reip. Tiberius Cæſar, qui jam tot bellis feliciter profligatis patriæ toties profuiſſet. de hoc ipſo Tiberio cap. CIII, *Sed fortuna, quæ ſubduxerat ſpem magni nominis, jam tum reip. ſua præſidia reddiderat. patronus perpetuus Romani imperii aſſuetam ſibi cauſam ſuſcipit.* tum de eodem itidem cap. CXX, ubi apparet *ſolitum præſidium* in *aſſueta cauſa. præſidium unicum* reip. Tiberius dicatur invidioſe, vivo etiamnum Auguſto: nam Auguſtus ipſe Tiberium laudaturus id dixiſſe potuit. non male tamen *præſidium ultimum* Lipſius. quod ſequitur *in bellum* puto eradendum, ut ſuperfluum, & è gloſſa natum: præſertim cum mox inconcinna ſubſequatur repetitione *in bello.*

Finita equeſtri militia deſignatus quæſtor, necdum Senator æquatus Senatoribus, etiam deſignatus tribunus plebei]. τὸ *deſignatus* poſterius ex interpretamento irrepſit, cum jam præceſſerit. Forte ſcribendum, *necdum Senator æquatus Senatoribus, etiam*

tri-

tribunis plebei. nam prima editio *etiam deſignatu tribunis plebei.* & hoc ferri poteſt.

Quas nos primo anno acies hoſtium vidimus] *Fudimus*, ni fallor. nam *vidimus* paullo poſt rurſus occurrit. & ſane quid ad laudem aut Tiberii ipſius aut exercitus, vidiſſe hoſticas acies?

Quantis prudentia ducis opportunitatibus] Etiam hic vocabulum reor excidiſſe. *quantis prudentia ducis uſi opportunitatibus.*

Furentes eorum vires univerſas evaſimus partibus] *Evaſimus* jure Voſſius tuetur è Suetonio. Pro *furentes* poſſis *urgentes.* vel *ingruentes.* nam ſequitur paullo poſt, *inopſque copiarum & intra ſe furens hoſtis.* Sed locus ille peſſime adfectus haud ſatis ſibi cohæret. Per *inopem copiarum hoſtem*, victu deſtitutum intellige. Forte ſic conſtituenda ſint illa: *inopſque copiarum, ut intra ſe ſuis ruens viribus hoſtis elangueſceret.* quam conjecturam ſi admittimus, loco ſuperiore *furentes vires* haudquaquam ſunt ſollicitandæ. *In ſe magna ruunt*, inquiebat ille. apud Senecam Epiſt. XCI, *Quoties in ſe Paphus corruit?* De Brevitate Vitæ, cap. IV, *in ſe ipſa fortuna ruit.* & hic de numeroſo hoſtium exercitu capiendum. Habes quoque apud Horatium, *ſuis & ipſa Roma viribus ruit.* tum, *vis conſili expers mole ruit ſua.* apud Tacitum Hiſt. IV. c. XVII, *Galliam ſuiſmet viribus concidiſſe.* Seneca de Beneficiis lib. VI. cap. XXXI, *ubi prima vis defluet, tuis te viribus prement*, de Græcis reſiſtentibus Xerxi. Sed hæc ſpecioſa magis quam vera. Quare, ne quid Lectorem moremur, ſcribendum potius eſt ut arbitror: *inopſque copiarum & interea ſe ſuis terens viribus hoſtis elangueſceret.*

Quanto cum temperamento ſimul utilitatis res auctoritate Imperatoris agi vidimus] Mutilata eſt oratio. nam illud *temperamentum* aliud vocabulum, præter utilitatem, ſibi ſubjectum habere deſide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

rat: ut apud Tacitum Ann. XI. cap. IV, *Eleganti temperamento inter conjugalem amorem & ſenatoriam neceſſitatem.* Forte, *quanto cum temperamento virtutis ſimul & utilitatis*, infra cap. CXIV, *O rem dictu non eminentem, ſed ſolida veraque virtute atque utilitate maximam.*

CAP. CXII. *Felix eventu, forte conatu, prima æſtate belli Meſſalini opus mandandum eſt memoriæ*] Scribe, *bellum Meſſalini opus*, per epexegeſin, ut ſolet noſter. nihil certius. tum pro *digniſſimus qui* lego *digniſſimuſque qui.*

Ita placebat barbaris numerus ſuus, ita fiducia virium, ut, ubicumque Cæſar eſſet, nihil in ſe reponerent] Excidit vocula ob cognationem ſyllabarum ſubſequentis præcedentiſque: *ut nihil in ſe ſpei reponerent.* Sed nec *placebat* ſanum haberi poteſt, cum contrarium Velleius velit exprimatque. quid multis? Repono, *Ita jacebat barbaris numerus ſuus, ita fiducia virium. Jacere* pro animo dejici, uſitatum optimis Latinitatis ſcriptoribus. de quo nos alio loco complura. Lucanus:

Sic fata premunt civilia mundum?
Sic Romana jacent?

Et denuo idem,

Quid ſi mihi ſigna jacerent
Marte ſub adverſo?

Contra noſter infra cap. CXIII, *maximam fiduciam victoriæ in numero reponebant.*

Neque facientibus copiam pugnandi] *Neque ut facientibus* prima editio. Forte, *neque ſui facientibus copiam pugnando.* vel omiſſo *pugnandi* etiam verbo, quod interpretamentum τοῦ *ſui* habendum. Recte ad hoc Lipſius, *inſtantes ſuſtinere*, non *inſtantem.* Deinde ſcribe, *ſed Romana virtus militi*, pro *militis*, ut vulgo, vel *militibus*, quod Lipſio placebat. ſic cap. LV ſupra, *à duce quam à milite fortius reſtituta acies.* denique τὸ *vindicatum* perpe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

ram tolli jubet Gruterus. eſt enim loquendi modus Velleio familiaris.

Rhœmetalces Thraciæ rex] Cum Thracum copias ab eo adductas Velleius tradat, quid opus erat *Thracum regem* appellare hunc Rhœmetalcen? Videtur & hoc è gloſſa in contextum irrepſiſſe. Forte & poſt ſcribendum, *adjutorium ejus belli ſecum trahebat*, non *in adjutorium*.

Quibus etiam primi ordines cecidere] *In quibus etiam primi ordinis ceciderunt*, ſcribe: vel, ut alii, *è quibus. primorum ordinum centuriones* paſſim hiſtoricis dicuntur. Refer autem ad *primum pilum*. Tacitus Ann. IV. cap. LXXIII, *Quamquam multi tribunorum præfectorumque & inſignes centuriones cecidiſſent*. Eidem *Juſtus Catonius primi ordinis centurio*. Sic *minor ordine* centurio reſpectu primi pili apud Naſonem Ponticis:

Pugnat ad exemplum primi minor ordine pili.

Cecidere, *invaſere* ingratum quid ſonat in oratione tam concinna. Paullo ante ſcribendum, *tam igitur dubiis rebus*, non *jam igitur in dubiis*. Illud præcedens, *qui multum à more Imperatoris ſui diſcrepantes*, veriſſime ſollertiſſimeque reſtitutum Joh. Iſaacio Pontano debetur.

CAP. CXIII. *Quatuordecim, ſed pluribus*] Caſtigabam, *aliis quatuordecim, & pluribus*. Sed occupavit Lipſius.

Non quæ utique probarentur ſequens] Malo, *quæ cuique probarentur*. infra cap. CXV, *nec umquam conſilia ducis judicio exercitus, ſed exercitus providentia ducis tectus eſt*.

Exercitum qui venerat] *Qui ſubvenerat* omnino ſcribendum. Simili errore apud Tacitum peccatur Ann. XII cap. LXII, *quæque tranſmeantibus terra marique ducibus exercitibuſque ſimul ſubvehendo commeatu opportuna forent*. non *vehendo*. mox malo, *cujus difficultas enarrari vix poteſt*, quam *narrari*.

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Et partem digredientium ſuorum quiſque metu finium univerſi tentare non poſſent] Sic videntur hæc conſtituenda, *& partem digredientium ſuorum quamque, metu finitimo, univerſi tentare non poſſent.* Neque univerſos audebat hoſtis aggredi, neque partem digredientium unamquamque, metu finitimo. hoc eſt ipſo Tiberio tam vicino, qui partem exercitus magnam apud ſe retinebat. non diſſimilis apud Tacitum locus Ann. XIII c. XXXIX, *Libratoribus funditoribuſque attributus locus, unde eminus glandes torquerent, ne qua pars ſubſidium laborantibus ferret, pari undique metu.* Si retinemus τὸ *ſuorum quiſque metu finium*, ſic interpretare: digredientibus à Tiberio auxiliis hoſtem quoque coactum ſuos huc illuc dimittere, ne fines ſuos ac agros eorum exponeret incurſibus.

CAP. CXIV. *Cujus beneficium cum alii tum ego ſenſi*] *Beneficium* abeſt à ſcripto. Et ſane ut beneficium Cæſaris recte dicitur, ſic parum proprie lecticæ beneficium. Cognatio litterarum in contiguis vocabulis maximas in hoc ſcriptore aliiſque frequenter turbas dedit inſignita librariorum ſocordia. etiam hoc loco. Scribendum enim *cujus uſum cum alii tum ego ſenſi.* uſi videlicet lectica Cæſaris. ſed id à Lipſio jam occupatum agnoſco.

In hoc ſolum importatum inſtrumentum balnei] Cave quicquam immutes. Livius libro XXIV, *diſcordia civilis quas importet clades.* lib. XXXIX, *ne quid conjurationes fraudis occultæ aut periculi importarent.* Phœdrus lib. I. fab. XXVIII, *Ne tantum miſeræ luctum importaret ſibi.* Ita & Cicero, Cæſar, alii paſſim. *Negotium ſibi importare* auctor dialogi de cauſis corruptæ eloquentiæ.

Ceterum nihil] Lege *ceterorum.*

Quod quiſquis illis temporibus interfuit] Minus Latine. Puto, *quod quiſquis illius temporis rebus interfuit.*

Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Reliquiis totius belli in Dalmatia manentibus] *In Dalmatiam emanantibus* puto. ſic & infra ſcribendum *ordine enarrabimus* hoc ipſo capite. Florus lib. IV. cap. IX, *Denique ablata Syria emanabat latius malum.* ſic & Tullius non ſemel. ut pro Roſcio Amerino: *exit & emanat in vulgus oratio.*

Captum alterum, alterum à ſe deditum] Recte geminarunt homines eruditi *alterum*, quod ſemel tantum in membranis exſtabat, nec ſatis Latinum illud in iiſdem membranis, *à ſe deditum.* Cur enim non *ſe dedentem*? Videtur voluiſſe Velleius *à ſuis deditum.* Proditus enim fuit à Batone Breuco. Vide Dionem de hac tota re ſub finem lib. LV.

Cujus omnibus copiis à Cæſaribus M. Lepidus præfectus eſt] *Cæſarem Lepidus* membranæ. Inſerendum ſolummodo τὸ *a*, *à Cæſare M. Lepidus.* Hanc enim auctoritatem ſoli ſibi Auguſtus ſervabat. alia res eſt ſupra de legatione miſſa *ad Cæſares.* nam primum iſti legationi Tiberiana caſtra erant adeunda. Pro *vir nominis ac fortunæ eorum proximus*, utique ſcribendum *Æmiliorum.* Noluit enim dicere Lepidorum: quod Lepidi plerique, complures certe, damnoſi reip. ac mali. At in gente Æmilia præter Lepidos, Paulli, Mamerci, Scauri, aliique viri præſtantiſſimi haud pauci. Caute igitur id dictum à Velleio. Rutilius Numantianus in Itinerario (nam verſus, quod plures ſint, non adſcribo) quatuor Lepidos notat, ut exitioſos reipublicæ. Primum qui cum Q. Catulo contentiones exercuit poſt obitum Sullæ, ac in Sardinia periit, alterum Triumvirum, tertium ejus filium, conſpirationis reum adverſus Auguſtum, quartum, qui ſpe dominationis Agrippinam ſtupravit. quibus & plures poſſint addi. Tacitus Ann. VI. cap. XXVII, *Æmilium genus fecundum bonorum civium, & qui eadem familia*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

corruptis moribus, inluſtri tamen fortuna, egere. Idem III Annal. de Lepido, *Cui, ſuper Æmiliorum decus, L. Sulla & Cn. Pompejus proavi erant.* Rurſus Ann. VI cap. XXIX, *Scaurus, ut dignum veteribus Æmiliis, damnationem anteiit.* Olim legebam *avorum.* Voſſius *ſuorum.* Sed alterum verius. mox & malo, *quem in quantum quis*, quam *quiſque. Fortunæ Æmiliorum proximus* eleganter & Latine. ſic *proximus culpæ* apud Juriſconſultos, qui culpæ eſt obnoxius. Apud Tacitum pari modo Ann. IV. C. XXVII, *proximos audaciæ in urbem traxit.* De Graccho idem Tacitus Ann. I. *haud indignus Sempronio nomine.*

CAP. CXV. *Ampliſſimorum honorum, quibus triumphans eum Cæſar donavit*] *Donorum* Lipſius. Sed neſcio *donare donis* quam recte dicatur. Præterea *honores* pro *donis* nonnunquam ponuntur, & *honoratus* pro muneribus adfecto. Apud Naſonem certe Met. XIII Aiax,

Nos inhonorati & donis patruelibus orbi.

Epitome Liviana libri CXXIX, *M. Agrippa navali corona donatus eſt: qui honos nemini ante eum habitus erat.*

Magna cum clade obſiſtentium, exciſis agris, exuſtis ædificiis, cæſis viris, lætus victoria, prædaque onuſtus pervenit ad Cæſarem] Si huic ſcripturæ acquieſcimus, bis idem dixerit Velleius. quid enim differunt illa, *magna cum clade obſiſtentium*, & *cæſis viris?* Scribendum forte, *everſis vicis.* vel *incenſis.* Sed alterum præſtat, quia jam de *exuſtis ædificiis* habuimus, quæ referenda ad villas. hic vero de oppidis ſive vicis agit. Nunc verius duco prioribus conjecturis, *exuſtis ædificiis ac vicis.* cap. CXX, *aperit limites, vaſtat agros, urit domos, fundit obvios.* Capitolinus in Maximino: *Ingreſſus eſt Germaniam Transrhenanam, per trecenta vel quadringenta millia barbarici ſoli, vicos incendit,* gre-

greges abegit, prædas ſuſtulit, barbarorum plurimos interemit. *Diripere vicos* Tacitus Ann. lib. I c. XX, *diruere* Hiſt. I cap. LXVIII, *Cumque dirutis vicis omnibus Aventicum gentis caput peteretur.* Sic ſcribo. nam codices vetuſti, *dirutis omnibus*, non *direptis*. quod proxime præceſſerat. τὸ *vicis* de meo addendum, quod feſtinans omiſerat librarius. cap. LXVII, *direptus longa pace in modum municipii exſtructus locus.* ubi & *vicus* forte reſtituendus, quod tamen timide adfirmo. *diripere* & *diruere* de vicis Curtius conjunxit lib. V. cap. V, *vici erant in propinquo, quibus direptis ac dirutis.* Vita Agricolæ cap. XLI, *tot militares vici cum tot cohortibus expugnati & capti.* ita recte Gronovius, non *viri.* qui plura illic ad rem. *exſcindere vicos* Ann. III cap. XX.

Situ locorum ac montium, ingeniorum ferocia] Et hic nonnulla à librariis omiſſa ſuſpicari liceat. Forte, *ſitu locorum ac montium, tum ingenti animorum* (vel *morum*) *ferocia, mira etiam pugnandi ſcientia, ſed præcipue* (non *&*) *anguſtiis ſaltuum. ingeniorum ferocia* tamen tolerari poteſt.

Nec umquam conſilia ducis] Vetuſtus codex *ne cum quod.*

CAP. CXVI. *In multos ac difficiles locos*] *In incultos ac difficiles locos* corrigendum. Supra vide cap. XC. Tacitus Ann. XIV cap. XXIV, *ventum dehinc in locos cultos, demeſſæque ſegetes.* contra eidem Ann. I c. XVII, *uligines paludum & inculta montium.* IV. c. XLVI, *qui montium editis inculti agitabant.* Seneca de Ira lib. III. c. XX, *ſterilis & inculta humanoque ignota veſtigio regio.* idem de Tranquillitate animi: *Nunc Campaniam petamus. delicata faſtidio ſunt, inculta videantur: Bruttios & Lucanos ſaltus perſequamur. aliquid tamen inter deſerta amœni requiratur, in quo luxurioſi oculi longo locorum horrentium ſquallore releventur: Tarentum petatur.*

Ce-

Celebris etiam opera diligenti Q. Julius Poſtumus] *Celebri etiam opera diligenti quibus Julius Poſtumus*, in ſcripto. Lege, *celebri etiam opera diligentique Vibius poſtumus*. Sed occupatum à Voſſio.

Nam & Seianus vir antiquiſſimi moris] Licenter hoc loco graſſati ſunt homines eruditi. Certe nec Velleium nec veteres membranas hic agnoſcimus. In membranis quidem, *nam & etiam vir antiquiſſimi moris*. Tolle τὸ *etiam*, quod interpretamentum eſt τοῦ *&* proxime præcedentis, ita omnia erunt perſpicua. Numquam de Seiano cogitaverat hic loci Velleius, cujus bello Delmatico nullam operam fuiſſe ex ſcriptoribus vetuſtis jam eſt in comperto. Sed ad Apronium hæc referenda ſunt. de quo cum proxime egiſſet, perſequitur ejus idem hic laudes noſter continuato orationis filo. *&* pro *etiam* cap. CXXIX, *ut ſenator & judex, non ut princeps, & cauſas preſſius audit*. quod minus perceptum magno Lipſio, perſuaſit, ut caſtigaret, *etiam cauſas præſens audit*. Aldus perperam τὸ *&* delebat, in quo præcipua orationis vis conſiſtit. Pacatus Panegyrici cap. XLIV, *tui te vindicant & invitum*. mendoſus hoc in loquendi modo Petronius non ſemel. noſter c. CXVIII, *conſilia corrumpat, efficiatque, quod miſerrimum eſt, ut, quod accidit, & merito accidiſſe videatur*. ita caſtigandum ſuo loco adſtruemus. lib. I cap. XI, *& immani etiam Achæos rebellare incipientes fudit acie*. ubi τὸ *etiam* redundat. Forte, *immani & Achæos*. cap. CXXVIII, *Intereſtque reip. quod uſu neceſſarium, & dignitate eminere*.

Præreptus immature] *Præferens immatura* princeps editio. & recte. quamquam locus videtur interpolatus, cum & hanc & præcedentem proxime claudat periodum τὸ *defectus eſt*. Ceterum τὸ *præferre* hic poſitum apparet, ut cap. CXIIX, *ardorem animi vultu oculiſque præferens*. cap. XCIV, *viſu prætulit principem*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

pem. cap. XXVII, *præferens vultum victoris magis quam morientis.* apud Tacitum Ann. XIII cap. XXV, *ut ipſe quoque exciperet ictus & ore præferret.* Qui locus variis conjecturis fruſtra obnoxius fuit, cum minime ſit tentandus, niſi quod *exciperet* ſcripſimus, pro *acciperet*: Seneca Epiſt. LXXXVII, *Nondum audeo frugalitatem palam præferre.* ſic opinor corrigendum, cum in ſcriptis ſit compluribus *proferre.* vulgati *ferre.* igitur *præferens immatura* dicitur, qui ad maturam ætatem nondum pervenerat. quamquam opinor dediſſe Velleium, *præferens jam matura.* quod ad præclaras animi in illo dotes refer, cum ætatis eſſet immaturæ. *præferre* denuo Seneca apud Tacitum Annal. XIV c. LIII, *Inter nobiles & longa decora præferentes novitas mea enituit.* Ann. II cap. LIII, *Excepere Græci quæſitiſſimis honoribus, vetera ſuorum facta dictaque præferentes.* cap. LXXIII, *prætuleritne veneficii ſigna, parum conſtitit.* Ann. IV ſub finem, *Aviam Octaviam, & per eam Auguſtum avunculum præferebat.*

Horum virorum mentione] *Honorum virorum mentione* ſcriptus. an *Honoræ horum virorum mentioni*, ſimile mendum tollimus quoque ſub finem operis. *honorum* pro honorifico etiam Tacito uſitatum, ut *oratio honora*, *honora & magnifica funeris pompa.* Apud poëtas frequentius occurrit id vocabulum.

CAP. CXVII. *Cum intra quinque conſummati tanti operis dies funeſtæ ex Germania epiſtolæ cæſi Vari*] Etiam hic locus fædiſſimum in modum eſt luxatus. nam quomodo Vari epiſtolæ jam cæſi? Forte, *cum intra quintum conſummati tanti operis diem funeſtæ ecce è Germania epiſtolæ de caſu Vari.* ſubaudi, adferuntur. Tacitus Ann. XIV. c. VIII, *magis ac magis anxia Agrippina, quod nemo à filio, ac ne Agerinus quidem.* Scilicet, veniret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Infinitis exemplis hanc conjecturam poſſim adſtruere. ſed cur in re pro trita ſimus operoſi?

Velut in hoc ſaltem tantummodo indulgente nobis fortuna, ne occupato Duce] *Saltem tantummodo* ταυτόλογον. Scribe, *ſalutem tantummodo indulgente.* quod & Scheckio in mentem veniſſe ſed quaſi per nebulam, ſerus agnovi: cum dubitare haud quaquam is debuerit. *ne occupato duce*, ſubintellige id geſtum eſſet. abruptum dicendi genus, quale & illud paulo ante, *ecce epiſtolæ. ne occupato duce ſæviret*, Lipſius. Nihil opinor deeſſe huic loco. ſed pendent iſta à ſuperioribus ſic ſub finem operis: *primum ut ſcelerata Druſus Libo iniret conſilia: deinde ut Silius Piſoque.*

Tantum quod ultimam bello impoſuerat manum] Recte adverſus Urſinum alioſque hunc loquendi modum Voſſius aſſeruit. Adde Ciceronem lib. VII Epiſt. & Suetonii locum non unum.

Et cauſa perſona moram exigit] Prima editio, *occupato ducem & cauſa perſona.* Poſſis, *occupato id duce ſit auſa. Res & perſona moram exigit*, C. LXVIII. *Suo præteritum loco referatur: neque enim perſona ambram acta rei capit.* ubi videantur quæſo quæ annotamus. Poſſis quoque *rei cauſa perſona moram exigit.* & id vere, ut opinor. *Perſona & res* pari modo junguntur apud Senecam de Beneficiis lib. III cap. XXVIII, *Quare potius perſona rem minuat, quam perſonam res ipſa cohoneſtet?*

Ut corpore & animo immobilior] Ni fallor, *ut corpore ita animo.* quomodo & Acidalius voluit. ut & hic abrupto dicendi genere Velleius uſus ſit. Plena foret oratio, ut corpore immobilis, ita animo immobilior. Niſi τὸ *&* pro *etiam* ſumimus, uti ſupra.

Agendoque pro tribunali ordine] *Pro tribunalis ordine.* ni fallor. ordinem tribunalis obſervabat in caſtris parum tempeſtive Varus juri dicundo.

CAP.

CAP. CXVIII. *Etiam civitatis Romanæ jus*] Turbat hic editio princeps, *prioris comes, jure etiam civitatis Romæ jus equeſtris conſequens gradus.* Forte, *cum jure etiam civitatis Romanæ* (vel *Romæ*) *jus equeſtris conſecutus gradus.* Tacitus de Julio Floro & Julio Sacroviro Ann. III cap. XL, *Nobilitas ambobus, & majorum benefacta, eoque Romana civitas, olim data, cum id rarum, nec niſi virtuti pretium eſſet.*

Opprimi poſſe Romanos & dicit & perſuadet] Et *docet & perſuadet*, ni fallor, Velleius dederat. *docere* pro *monere* hiſtoricis familiare.

Sed prævalebant jam fata conſiliis] *Poſtulabat etiam fata conſilius* prima editio. Scribe, *obſtabant ſed jam fata conſiliis.* Apud Poëtas paſſim, *Fata obſtant.* Sed vidit vir ſummus Juſtus Lipſius.

Quippe ita ſe res habet, ut plerumque, qui fortunam mutaturus Deus] Sic membrana. unde Voſſius, *cui fortunam.* Opinor ego, *ut plerumque fortunam mutaturus Deus conſilia corrumpat.* *qui* prognatum eſt ex ultima ſyllaba præcedentis vocabuli *plerumque.* hoc quoque jam occupatum à Lipſio atque Urſino.

Ut quod accidit, id etiam merito accidiſſe videatur] Sic refinxerunt, cum in membranis eſſet *& etiam.* Redde Velleianam ſibi manum deleto τοῦ *etiam.* *ut, quod accidit, & merito accidiſſe videatur.* diximus paullo ante.

Negat itaque ſe credere] *Negat itaque ei credere, ſpemque ſe benevolentiæ ex merito æſtimare profitetur,* puto. ut τὸ *in* ſuperfluum, quomodo ſæpe alias, hinc etiam jubeatur faceſſere.

CAP. CXIX. *Cum ne pugnandi quidem egregie occaſio in quantum voluerant data eſſet miſeris*] Audiamus veterem primæ editionis ſcripturam: *cum ne pugnandi quidem egregie aut occaſionis in quantum voluerant data eſſet immunis.* At Burrerius in vetuſto codice *egredie* pro *egregie* exarari mo-

net: tum in eodem *quantum* pro *inquantum*, *inimicus* pro *immunis* exſtare. Refingo, *cum ne pugnandi quidem aut regrediendi occaſionis quantum voluerant adeſſet ab inimicis.* vel *datum eſſet. regredi* pro *evadere* paſſim apud Hiſtoricos.

Fuga cum alis Rhenum petere ingreſſus eſt] Pro aggreſſus eſt. Sic Tacitus inter alios non ſemel. ut Ann. VI cap. IV, *ut vero Latinium Latiarem ingreſſus eſt.* ubi Acidalius nonnulla. Propertius,

Primus ego ingredior puro de fonte ſacerdos
Itala per Graios orgia ferre choros.

Idem Tacitus Hiſt. V cap. XVIII, *pulſique Germani Rhenum fuga petebant.* Fuit tamen cum opinarer, *fuga Rhenum præcipiti ingreſſus eſt*, vel, *fuga præcipiti petere ingreſſus eſt.* cap. LXXXV, *cum ſe Canidius præcipiti fuga rapuiſſet ad Antonium. præcipitem curſum* opponit *gradui* cap. I lib. II.

CAP. CXX. *Arminio territo, quem arcuiſſe pater & patria contenti erant*] Scriptum exemplar, *arma interfecti quæ arguiſſe pater.* Unde alii alia extundere ſunt aggreſſi. Lipſius, *arma infert, quæ arcuiſſe.* Ego, *arma infert ei, quem arcuiſſe* &c. & paullo ante, *non fiducia hos metiens.* nam *hoſtium* negat comparere in membranis Burrerius. ſequentia τὸ *hos* requirunt. Poſſis & *fiducia hoſtili.* quia *minabatur*, non *minabantur*, mox membranæ. nimirum ſcribe: *ſe magnitudine ſua, non fiducia hoſtili metiens, quæ Cimbricam Teutonicamque militiam Italiæ minabatur.* mox & probe *ultro* pro *ultra* Freinshemius. *hoſtilis fiducia*, ut paullo ante *hoſtilis laceraverat feritas.* apud Claudianum laudibus Stiliconis. *Quantum fiducia nobis Profuit hoſtilis.*

Nec ſegni providentia uſi] Membranæ *viti.* legendum *juti*, vel *adjuti.* Sed quænam iſta *ſegnis providentia?* Puto, *nec temerario conſilio nec ſegni prudenter adjuti.* Nec præcipiti conſilio nec tardo nimis uſos fuiſſe deſignat. Tacitus Ann. XIV cap.

cap. IV, *Placuit ſollertia tempore etiam juta. Adjutor* ſæpe apud noſtrum, & *adjutorium* c. CXII. cap. CXXVIII, *ad juvanda onera principis Seianum protulit.*

Vacillantium etiam cis Rhenum ſitarum gentium animos] Lego, *vacillantis metu cis Rhenum*, vel, *vacillantis jam cis Rhenum ſitarum gentium animos confirmavit. vacillantis* pro *vacillantes* antiqua ſcribendi ratione, quam editio Rhenani è vetuſto codice multis locis utcumque conſervat. lib. I cap. XII, *adeo odium certaminibus ortum ultra metum durat.* cap. CX, *tantus etiam hujus belli metus fuit, ut ſtabilem illum & firmatum tantorum bellorum experientia animum Cæſaris Auguſti quateret ac terreret.* cap. CXXIII, *venitur ad tempus, in quo fuit plurimum metus.* cap. CXXIV, *quæ ſenatus trepidatio, quæ populi confuſio, quis orbis metus?* cap. CXXIX, *magni terroris bellum Africum.* Plura diximus ſupra cap. XXVIII.

Caldus Cœlius vetuſtate familiæ ſuæ digniſſimus] *Ad vetuſtatem familiæ ſuæ* princeps editio. quod non adſequor, ni dederit Velleius, *alta vetuſtate.*

Cerebrique influvio] Ita ſcriptus, non *profluvio.* neutrum bene. Forte, *effluvio*: quod Lipſio etiam videbatur. ſic *lacus effluvium* Tacito Ann. XII cap. LVII. confirmat Lucanus lib. VIII de Pompeii capite:

Submota eſt capiti tabes, raptoque cerebro
Adſiccata cutis: putriſque effluxit ab alto
Humor, & infuſo facies ſolidata veneno eſt.

Nam *in* & *e* frequenter inter ſe confunduntur in iiſdem membranis. ſic *expellebatur*, pro *impellebatur* ſupra, ſimiliaque. *effuſum cerebrum* lib. II. c. 7.

CAP. CXXI. *Quippe omnes eminentiſſimos hoſtium duces occiſos fama narravit, ſed vinctos triumphus oſtendit*] *Hoſtium duces non occiſos fama narravit*, veriſſime legebatur in membranis, quod nemini

 mini

mini mireris ſatis perceptum fuiſſe, etſi à nonnullis approbatum. Hoc vult Velleius: non contigiſſe hac in victoria, quod plerumque fieri conſuevit, & quidem temere, (neque enim famæ, rei incertæ, tuto ſat credi) ut narrarentur præcipui hoſtium duces in pugna occubuiſſe, cum tamen ipſo in triumpho non exhiberentur, atque eſſent incolumes. at vero hic horum pleroſque fuiſſe exhibitos captivos, ut res in dubium vocari haud potuerit. Vetus nempe proverbium nos docet, *pluris eſſe oculatum teſtem unum, quam auritos decem.* Recte & Seneca Epiſt. VI, *amplius oculis, quam auribus credunt homines.* cap. III libri IV Nat. Quæſt. hos auritos teſtes, teſtes ſecundæ notæ vocat. *Itaque ex his me teſtibus numera ſecundæ nota, qui vidiſſe quidem ſe negant, ſed audiſſe.* Plautus Bacchid. Act. III Sc. III.

Quin ego, cum peribat, vidi; non ex audito arguo.

Euripides Medea:

Εἴδομεν· οὐκ ἐξ ἑτέρων
Μύθων ἔχομεν φράσασθαι.

Ceycis umbra naufragi apud Naſonem Met. XI Halcyonen uxorem ſic adloquitur, deque interitu ſuo edocet,

Non hæc tibi nuntius adſert
Ambiguus, non iſta vagis rumoribus audis:
Ipſe ego fata tibi præſens mea naufragus edo.

Propertius:

Hæc ego non rumore malo, non augure doctus:
Vidi ego. me quæſo teſte negare potes?

Majorem enim unuſquiſque ſibimet ipſi fidem, quam alteri, habet. Apud Plinium Panegyrico Trajani: *Geſſiſti alterum conſulatum, ſcio. illum exercitibus, illum provinciis, illum exteris gentibus poteris imputare, non nobis. Audimus quidem te omne munus conſulis obiiſſe, ſed audimus. Diceris juſtiſſimus, humaniſſimus, patientiſſimus fuiſſe, ſed dice-*

diceris. Æquum eſt aliquando nos judicio noſtro, noſtris oculis, non famæ ſemper & rumoribus credere. Qui locus hæc Velleiana egregium in modum illuſtrat. ſed & noſter ipſe cap. CVII, *Noſtra quidem furit juventus, quæ cum veſtrum abſentium numen colat, præſentium potius arma metuit, quam ſequitur fidem. Sed ego beneficio ac permiſſu tuo, Cæſar, quos ante audiebam, hodie vidi deos.* Similiter denuo Velleius lib. II cap. V, *Ingenti vi hominum urbiumque potitus numero, aditis quæ vix audita erant, Gallæci cognomen meruit.* Tacitus de moribus Germanorum cap. XLI, *In Hermunduris Albis oritur, flumen inclitum & notum olim, nunc tantum auditur.* Hoc vult, Albin fluvium olim partem Romani imperii fuiſſe, ac proinde tunc oculis multorum uſurpatum, nunc tantum ex fama cognoſci. apud eundem Poppæa An. XIV c. I, *Ituram ſe quoquo terrarum, ubi audiret potius contumelias imperatoris, quam viſeret periculis ejus immixta.* In Epiſtola Deianiræ apud Naſonem, ubi illa varios de amoribus Herculis narravit rumores, ſubjungit:

Hæc tamen audieram: licuit non credere famæ.
En venit ad ſenſus mollis ab aure dolor.

Nec abludunt Horatiana illa:

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus.

Tullius pro Archia Poëta: *Adeſt vir ſumma auctoritate & religione & fide M. Lucullus, qui ſe non opinari, ſed ſcire, non audiſſe, ſed vidiſſe, non interfuiſſe, ſed egiſſe dicit.* Neminem in poſterum dubitaturum reor de vetuſta apud Velleium loci hujus ſcriptura, quam nos liberali nunc manu & auctoritate tot exemplorum ivimus adſertum: quamquam plura teſtimonia proferri poterant, ſi aut è re noſtra id foret, aut ſine tædio lectoris id me facturum opinarer.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

CAP. CXXII. *Armenia recepta, & Rege ei præpoſito*] Malim *Rege præpoſito ei.* nam codex vetuſtus *Rege propoſiti.*

Et poſt cladem ſub Varo acceptam ocius proſperrimo rerum eventu, eadem exciſa Germania triumphum ſummi ducis adornare debuerit] τὸ *ocius* parum hic ad rem facit, ſi quid video. & ſane in membranis *totius* extabat, non *ocius*. deinde *adornari* in iiſdem. Opinor dediſſe Velleium, *totius proſperrimo rei cum eventu eâdem exciſa Germaniâ triumphus ſummi ducis adornari debuerit.* Poſſis &, *potitus proſperrimo rerum eventu.* ſed alterum verius.

CAP. CXXIII. *Quamquam jam motus imbecillitatis*] Nil immutandum. Ita & de febre Seneca Epiſt. CIV, *In Nomentanum meum fugi. quid putas? urbem? immo febrem. Medicus initia eſſe dicebat, motis venis, ſed incertis, & naturalem turbantibus modum.* de Tranquillitate Animi cap. II, *Quæro mehercule jamdudum, Serene, ipſe tacitus, cui talem animi adfectum ſimilem putem, nec ullius propius admoneor exemplo, quam eorum, qui ex longa & gravi valetudine expliciti, motiunculis levibuſque interim offenſis perſtringuntur, & cum reliquias effugerint, ſuſpicionibus tamen inquietantur, mediciſque jam ſani manum porrigunt, & omnem calorem corporis ſui calumniantur.* Nat. Quæſt. lib. VI cap. XIV, *Quemadmodum in corpore noſtro, dum bona valetudo eſt, venarum quoque imperturbata mobilitas modum ſervat: ubi aliquid adverſi eſt, micat crebrius, & ſuſpiria atque anhelitus laborantis ac feſſi ſigna ſunt. Ita terræ quoque, dum illis poſitio naturalis eſt, inconcuſſæ manent. Cum aliquid peccatur, tunc velut ægri corporis motus eſt, ſpiritu illo, qui moleſtius perfluebat, icto vehementius, & quaſſante venas ſuas.* Vides cur *motus infirmitatis* pro febre ponatur à Paterculo.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

CAP. CXXIV. *Commendaret Tiberius*] *Commendarit.*

CAP. CXXV. *Inter ſeveram præcipue noſtrorum ultionem*] *Præcipue noxiorum* ſcribendum. & ſic Gronovius. *præcipue auctorum* Lipſianum longius recedit. Livius libro XLV. cap. X, *Culpam non penes populum, ſed paucos concitatores vulgi eſſe: quæ omnia, ſi poteſtas populo foret, in capita noxiorum verſura.*

Quo quidem tempore, ut pleraque ignave Germanicus] Excidit verbum. Opinor, *ut pleraque ignave gerebat* (vel *geſſerat*) *Germanicus.* Certe Tacitus Ann. I cap. XL reprehenſum ab omnibus Germanicum tradit, quod non ad ſuperiorem exercitum pergeret hoc motu, ubi obſequia & contra rebelles auxilium: reprehenſum ab ipſo Tiberio, ut cuncta ejuſdem, quod nimius fuiſſet mandandis terræ Variani exercitus reliquiis. paullo poſt, pro *plurimo quidem igne emicans*, ſcribe, *qui à patre in id ipſum, plurimoque idem igne* (vel, *plurimo pridem igne*) *emicans, incendium militaris tumultus miſſus erat.* Forſan & excidit τὸ *reſtinguendum. In incendium militaris tumultus reſtinguendum miſſus erat.* Nec ſequentia minus mendoſa. Pro *priſca antiquaque ſeveritate uſus*, ne bis idem dicatur, aliquando malebam, *ſtricta antiquaque ſeveritate.* ſic *ſtricti Catones* Manilio. de quo ad Propertium elegia ultima lib. IV. ſed cap. LXXXIX, *priſca antiquaque forma.* c. XCII, *priſca ſeveritas.* Illa, quæ ſubſequuntur, nimis aſpera, *ancipitia ſibi tam re quam exemplo perniicioſa.* Forte, *ancipitia ſibi tam re, quam exemplo in publicum pernicioſa.* Tacitus Hiſt. I cap. V, *Acceſſit Galbæ vox pro republica honeſta, ſibi anceps.* Solet enim Velleius nonnunquam libertatis ſpeciem, cum judicat, ita præ ſe ferre, ut eam cum adulatione ſolita temperet. illa *exemplo pernicioſa* nolim ſollicitari. Tale enim Horatianum, *exemplo trahenti Perniciem veniens in ævum.* Sed cum rei ſucceſſum hiſce

Druſi conatibus abfuiſſe neget ipſe, cur tam re quam exemplo dicuntur pernicioſi? Forte, *tam è re*, ut innuat, ancipitia illa fuiſſe & tamen neceſſaria. Certe in vetuſto codice pro *tam re* legebatur *timere*. Deinde ſubſequens *&* expungendum. ut ita hæc conſtituantur, *ancipiti ſibi tam re, quam exemplo pernicioſa, his ipſis militum gladiis, quibus obſeſſus erat, obſidentes coërcuit.* Rem vocat ut Druſo tentanti dubiam atque ancipitem, ſic exemplo pernicioſam. ita *in publicum* poteſt abeſſe.

CAP. CXXVI. *Horum ſedecim annorum opera quis, cum inſerta ſint oculis animiſque omnium, in partibus eloquatur*] Jam ſupra monui τὸ *in* frequenter redundare apud Velleium librariorum culpa. Scribendum igitur, *partibus eloquatur.* nam ita ſolet. Verum id Voſſius jam occupavit. deinde vetuſtus codex, *cum inſera oculis.* Forte, *quis univerſa, inſerta oculis animiſque omnium, partibus eloquatur?* *univerſa* enim *partibus* amat opponere noſter. ut cap. XXXVIII, *quæ facilius, quam partibus, ſimul univerſa conſpici poſſint.* & mox: *Hiſpania ſæpe amiſſa partibus, univerſa ductu Auguſti facta ſtipendiaria eſt.* cap. CXI, *furentes eorum vires univerſas partibus evaſimus.* τὸ *partibus* quippe tantumdem valet apud noſtrum, ac *ſingula.* ſic cap. CXXIX: *ſed propoſita quaſi univerſa Principatus Tiberii Cæſaris forma, ſingula recenſeamus.* Seneca de Ira libro II cap. XXVIII, *tota vincetur, dum carpitur partibus.* Ep. LXXXIX, *Facilius enim per partes in cognitionem totius pervenimus.* & mox, *nobis ſingula quæque facilius oſtendi poſſunt, nondum univerſi capacibus.* de Tranquillitate Animi cap. I, *Hoc non tam ſemel tibi poſſum, quam per partes oſtendere.* Nat. Quæſt. libro VI cap. I. *Omnis ſoli vitium eſt, male cohærere, & ex cauſis pluribus reſolvi, & ſummam manere, partibus ruere.*

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Non appellavit eum, ſed fecit Deum] *Non appellavit, ſed fecit Deum.* τὸ *eum* tollatur.

Revocata in forum fides, ſummota è foro ſeditio] *E foro* redundat: tum & *ſeditio* poſt paullo rurſus inculcatur nobis. ſed quæ eſt illa *fides in forum revocata*? Adſentior equidem clariſſimo & raræ eruditionis viro Johanni Georgio Grævio, qui referebat ad fidem, quam creditores præſtabant debitoribus. unde & ceſſiſſe dicebantur foro, quorum fides decoxerat. deinde malim *judicibus gravitas*, quam *judiciis*.

Aut incuſſa voluntas aut impoſita neceſſitas] Omnino id dictum durius aliquanto, *voluntatem incutere. Metum & pavorem incutere* ſatis obvia. Dederat Velleius, puto, *aut injuſſa voluntas*. ſic Senecæ Ep. LVII, *ad primum conſpectum lucis alacritas incogitata rediit & injuſſa.* Ep. LXVI, *omne honeſtum injuſſum incoactumque eſt.* Sponte nimirum proveniebat hæc voluntas ab exemplo Principis, non à legibus, quarum eſt jubere. refer ad ſubſequentia: *Nam facere recte cives ſuos Princeps optimus faciendo docet: cumque ſit imperio maximus, exemplo major eſt.* Tacitus An. III c. LV, ubi inquirit in cauſas, cur luxus ille profuſus Romanorum ſua ætate intermiſerit quodammodo ac deminutus ſit: *ſed præcipuus adſtricti moris auctor Veſpaſianus fuit, antiquo ipſe cultu victuque, obſequium inde in principem, & æmulandi amor, validior quam pœna ex legibus & metus.* Pacatus Panegyrico ad Theodoſium: *Tuæ, Imperator, epulæ menſis communibus parciores. Hinc in omnes certatim luxuriæ pudor, parcimoniæ cultus inolevit: & quieſcentibus legum minis ſubiit quemque privatim pœnitentia. Injuſſa* igitur *voluntas*, *juſſæ legibus neceſſitati* opponitur. Seneca apud D. Auguſtinum de Civitate Dei lib. VI cap. X: *Quæ omnia ſapiens ſervabit tanquam legibus juſſa, non tanquam Diis grata.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Per omnes terrarum orbis angulos à latrociniorum metu ſervat immunes] Excidit puto τὸ *nos*, poſt *angulos. nos à latrociniorum metu ſervat immunes.* deinde, *pœna in malos ſera, ſed aliqua.* τὸ *aliqua* non debuit immutari à Lipſio in *aqua*. ut mite Tiberio adfingat ingenium, malos quidem ſub illo vult plecti, ſed ſero, nec pro meritis; cum dignos honor maneat paratiſſimus.

CAP. CXXVII. *Eniterentur*] *Enumerentur* codex vetuſtus. Forte, *quominus & multiplices conſulatus triumphoſque, & complura emererentur ſacerdotia. emereri* pro *mereri*. ſic ſolet Velleius. *emerentur* pro *emererentur* fuerat antiquitus. vide nos ſupra.

Etenim magna negotia magnis adjutoribus egent] Malim *adjutoriis. adjutoribus* proxime præceſſit.

Neque in parvo paucitas miniſteria defecit] Locus mendoſiſſimus. Forte, *neque in parvo favor proavita miniſteria defecit.* vel, *neque inpar favor proavita.* vel, *in parvo*, in *re parva*. ſic apud Naſonem,

Si licet exemplis in parvo grandibus uti.

Tale & Taciti Ann. XIV cap. XXI, *Majores quoque non abhorruiſſe ſpectaculorum oblectamentis, pro fortuna, quæ tum erat.*

Ut D. Auguſtus M. Agrippa & maxime ab eo Statilio Tauro] *Et Maximo Fabio* Lipſius. Noluiſſem factum. Fabius enim vir conſularis in amicis quidem Auguſti, ſed non inter præcipuos, multo minus, ut cum Agrippa & Tauro Statilio hic comparari poſſit, hoc eſt vir nobiliſſimus cum hominibus novis. Nam quo jure nobilitatem ejus in diſcrimen vocet Lipſius, negetque ab patriciis hunc ortum Fabiis, ipſe viderit: cum & Naſo hujus Fabii originem ab Hercule, unde Fabii patricii oriundi, deducat, & Marciam, Cæſaris cognatam, feminam itidem nobiliſſimam, uxorem illi fuiſſe ſciamus, eodem Naſone Tacitoque teſtibus.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

CAP. CXXVIII. *Et qui M. Fulvio tantum tribuere , ut pæne aſſentatione ſua , quibus vellet , principatus conciliaret*] Lipſius dexterrime mehercules *M. Tullium* pro *M. Fulvio* huc revocavit. ſed *aſſentationem* ſollicitatam ab illo haud oportuit, quæ ponitur pro *aſſenſione.* vide Acidalium.

In cujuſcumque animo virtus ineſſet] Hinc etiam τὸ *in* videtur ablegandum. vide ſupra c. LXVIII.

Eo perduxit] *Produxit* membrana. & recte. diximus ad illa Maronis Ecloga I.

En quo diſcordia cives
Produxit miſeros!

Ita nimirum & illic ſcripti vetuſtiores.

CAP. CXXIX. *Fratris ſui filii Cotys*] *Filii Cotyis* ſcribe.

Cum quanta gravitate, ut ſenator & judex, non ut princeps, & cauſas preſſius audit] *Tum quanta gravitate,* malim. deinde *preſſius audit* minime eſt ſollicitandum: etſi variis tentatum conjecturis. Si *præſens audit* legimus cum Lipſio , τὸ *præſens* redundabit. Nemo enim , niſi præſens , poteſt audire. *preſſius* ſive inſtantius attentiuſque *audire,* & *remiſſius* inter ſe oppoſita videri poſſunt. Tacitus Annal. III cap. LXVII de Silano reo & accuſato in Senatu: *non temperante Tiberio, quin premeret voce , vultu , eoque quod ipſe creberrime interrogabat.* qui locus hunc Velleianum quodammodo interpretatur. Hæc olim. nunc magis probo τὸ *preſſius* referri ad civilitatem Tiberii, hoc ipſo ſeſe ſubmittentis infra faſtigium principale, quod in cauſis etiam privatis eſſet frequentiſſimus cognoſcendis, atque ita judicis partes impleret vir nominis Romani præcipuus, & natus majoribus curis. *preſſius* enim & pro depreſſius ſumitur quandoque , & pro conpreſſius. qui loquendi modus, cum plurimis exemplis poſſit illuſtrari, illuſtretur paucis. *preſſum* & *elatum* apud

præſtantiſſimos ſcriptores opponuntur ſibi. Plinius libro IV Ep. XIV. *Deſcribimus aliquid modo preſſus, modo elatius.* ita veterrimæ membranæ Mediceæ, non *altius.* Idem Plinius lib. VII. Ep. XII. *Quoniam eſt ſonantius & elatius, non alienum exiſtimavi, ne te torqueres, addere ſtatim preſſius quiddam & exilius, vel potius humilius & pejus.* Simili prorſus modo & alibi idem Plinius non ſemel. apud Senecam quoque Controv. VIII. *preſſa & civilis oratio elatæ* opponitur. *preſſius* igitur pro depreſſius hoc Velleii loco. filius Seneca de Beneficiis lib. II. *Quo te altius ſublevaſti, hoc depreſſior es.* Sed nec *&* in *etiam* mutatum oportuit à viro ſummo Juſto Lipſio. vide nos cap. CXVI, *Audit ut judex.* Ita apud Spartianum vita Hadriani è caſtigatione Salmaſii, *Diligentia judicis ſumptus conviviis conſtituit.* Rurſus *preſſum* pro *compreſſo*; quem loquendi modum exemplis ſuis confirmare propemodum exciderat mihi. *Preſſum articulum* pro compreſſo habes apud Senecam de Beneficiis lib. II. cap. VI. Apud Ciceronem Tuſculan. Quæſt. lib. IV, *preſſius definire perturbationes. preſſius agere* eidem IV de Finibus: *Sed ut propius ad ea, Cato, accedam, quæ à te dicta ſunt, preſſius agamus.* Macrobius Saturnal. lib. VII cap. ultimo: *Sed illud preſſius intuendum eſt.* Eidem Tullio: *Verbis aptus & preſſus Thucydides.* & in Oratore, *preſſe & anguſte definire aliquid.* ubi explicat ſemetipſum. ut & libro de claris Oratoribus: *Aſiatici oratores parum preſſi & nimis redundantes.* In Hortenſio: *Quis te autem eſt, aut fuit umquam, in partiundis rebus, in definiendis & explicandis ſententiis preſſior?*

CAP. CXXX. *Apud aures Deorum de his queri*] Locus ut mire depravatus, ſic variis obnoxius hominum doctorum conjecturis. Lipſius, *de Deis queri.* Fulvius Urſinus, *de Deo cum Deis queri.* Voſſius, *auribus Deorum de his queri.* Sed vetus

tus ſcriptura, *auro deo cum de his queri.* Demo duas poſteriores litteras, ꝑ *auro*, redundant enim, & ſcribo: *Audeo cum Deis queri.* nihil certius. *queri cum aliquo*, ut *cum aliquo expoſtulare.* Apud Tullium Acad. Quæſt. lib. I V, *Neque tam quereretur cum Deo, quod parum longe, quam quod falſum videret.* Appoſite apud Naſonem Metam. X I Venus,

Queſtaque cum fatis, At non tamen omnia veſtri
Juris erunt, dixit.

Seneca pater Controverſia I V, *Quantum ego tunc queſtus ſum cum fortuna mea, quod non & oculos perdidiſſem!* Seneca filius Conſolatione ad Marciam cap. X V, *de diis queri. cujus maxime intererat neminem de diis queri.*

Ut Silius & Piſo, quorum alterius dignitatem] *Ut Silius Piſoque tam alterius dig'.* ſcriptus liber. Puto, *deinde ut Silius Piſoque. At quantam alterius dignitatem conſtituit.*

CAP. CXXXI. *Et quicquid numinum hanc Romani imperii molem in ampliſſimum terrarum orbis faſtigium extulit*] *Extuliſtis* malo. deinde ſcriptum exemplar, *& quidquid nominum honor omni.* Forte, *honoram Romani imperii molem.* Vide ſupra cap. C X V I.

Hunc ſtatum, hanc pacem] *Hunc ducem* Jacobus Perizonius Juvenis doctiſſimus: quod propius accedit ad veterem ſcripturam illo Lipſiano *hunc Principem.* ſed opinor utrumque admittendum, *hanc pacem, hunc ducem.*

Auctor ac ſtator Romani nominis Mars] Urſinus Lipſiuſque duo viri præſtantiſſimi reponebant *auctor ac ſator. Juppiter* enim *ſtator*, non *Mars ſtator*, inquiunt, in Romanis antiquitatibus eſt notus. Fateor. Sed *Juppiter ſtator* dictus, quod, Romanis adverſum Sabinos prælio concurrentibus, aciem jam nutantem ſtitiſſet. Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

plurimum falluntur illi, qui *Jovem ſtatorem* à *ſtando* non à *ſiſtendo* deducunt: cum prima ſyllaba corripiatur in *ſtatore.* De quo nos pluribus ad Faſtos Naſonianos. Nihil prohibet tamen, quominus *Mars ſtator Romani nominis* nuncupari poſſit, quo modo M. Marcellum Romanæ rei ſtatorem Maro dixerat,

Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Siſtet eques.

Nam ſi *Martem auctorem ac ſatorem Romani nominis* admittimus, bis idem dixerit Velleius. Non enim video, quid *auctorem* inter *ac ſatorem* interſit. Poteſt & *Mars Romani nominis ſtator* dictus eſſe, quod per illum ſtet Romana res præcipue: cum, ut inquiebat ille,

Moribus antiquis res ſtet Romana viriſque.

Sic & Seneca de Beneficiis lib. IV. cap. VII, *Jovem illum optimum & maximum rite dices, & Tonantem & Statorem, qui non, ut hiſtorici tradiderunt, ex eo, quod poſt votum ſuſceptum acies Romanorum fugientium ſtitit, ſed quod ſtant beneficio ejus omnia, ſtator ſtabilitorque eſt.*

FINIS.

Ad.

PAg. 10. verſ. 3. *Sic cogitationem regiam Romana disjecit conſtantia*] Dele ſequentia, & repone: Vir ſummus Juſtus Lipſius, *contationem*, ſive *cunctationem regiam*. Sed interpres eſto huic loco Feſtus. *Cogitatio*, inquit is, *dicta velut coagitatio, id eſt longa ejuſdem rei agitatio in eadem mora conſilii explicandi.*

Pag. 16. verſ. 33. poſt etiam *ut ut*, *adde*: Admonet peropportune me locus de *ſubpari ætate*, ut Hippolytum è præcipuis Senecæ tragœdiam (quæ *Phædræ* in optimis Mediceæ bibliothecæ membranis nominatur, poſt aliorum diligentem curam à me quoque excuſſis haud perfunctorie) inveterato liberem mendo; quod cum interpretes poëtæ hujus ſane præſtantiſſimi ad unum omnes, quique eum ex profeſſo illuſtrandum ſuſcepere, in ſe converterit atque exercitos haud parum habuerit, hactenus tamen minime eſt perſanatum. Verſus ſunt non longe ab ipſo tragœdiæ initio, ubi tractum agri Attici deſcribit, qui ſic vulgo circumferuntur:

Qua rorifera mulcens aura
Zephyrus vernas evocat herbas:
Ubi per glacies lenis Eliſſus,
Ubi Mæander ſuper æquales
Labitur agros piger, & ſteriles
Amne maligno radit arenas.

Quippe, ut nunc omittam à Juſto Zinzerlingo Periculis Criticis primo verſu videri recte reſtitutum è veteri membrana, *rorifera mulcens anima*, nullum in Attica flumini Mæandro locum eſſe jam ab hominibus eruditis ſat ſuper eſt adſtructum: unde ad varias conjecturas confugiendum ſibi duxerunt, dum hi verſum tertium, quartum illi expungunt. Nec ſtetit hic inane ſtudium: ſed aliæ ex aliis conjecturæ inſuper congeſtæ, quas ſuo loco cum majori ex parte collegerit vir ſummus, &, dum vixit, in paucis mihi amicus, Johannes Frederi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

cus Gronovius ſuis ad hanc tragœdiam annotatis, ſupervacuum prorſus ſit, eaſdem hic denuo omnes percenſere. Nec Etruſcæ membranæ, illæ laudatiſſimæ, quod mireris, adminiculantur hic nobis: niſi quod bene habet, tertium verſum, qui pæne ab omnibus exſulat membranis, in iis exhiberi. ſic autem hunc legunt,

Ubi per glaciles lenis Illiſſos.

Verſum autem proxime in vulgatis ſubſequentem huic præponunt. Subſcribit membranis Joſephus Scaliger de Iliſſo verſum non agnoſcentibus, quem à pædagogulis eſſe cenſet vir maximus profectum. *Quid enim eſt*, inquit, *flumen per glacies ire? flumen glaciatum poteſtne ire?* Nec metri lex admittit Lipſianam *glaream*. Piget reliquorum interpretum commenta anxium in modum perſequi. Hos exceperunt Johannes Meurſius commentarii de Athenis Atticis lib. II cap. V, & Solinianis Exercitationibus Salmaſius p. DCCCXXXVI. Meurſius in *glareas* poſt Lipſium denuo impingit:

Ubi per glareas lenis Iliſſus,
Uti Mæander, ſuper æquales
Labitur Agras.

Et *Agras* tuetur ex Strabone. ſed *labi ſuper Agras*, Latine ſatis dici vix perſuadet mihi. Salmaſius vero ſic conſtituebat locum:

Ubi par glacie lenis Iliſſus,
Ut Mæander, per inæquales
Labitur agros.

Interpretamenta ejus audiamus. *Parem glaciei Iliſſum dicit, quod adeo lenis fluat, ut ſtare veluti glaciatum putes. Inæquales agri, quos flexuoſo curſu inæquales reddit Iliſſus.* Verum quis, non dicam leniter labentes fluvios, ſed ſtantes & immobiles lacus, glaciei poëta comparavit ex antiquis? Deinde *inæquales agri* dicuntur Latinis protuberantes & clivoſi, non quos Salmaſius hic nobis proponit. ſic *inæquales berillo phialæ* apud Juvenalem: quod berilli, incluſæ phia-

iis,

lis, prominerent in illis. Livius lib. VIII, *clavos ſecum ferreos portantes, qua per inæqualiter eminentia rupis poterant, ſcandunt.* Plinio Nat. Hiſt. lib. XXX c. XIII, *carnes excreſcentes ad æqualitatem redigere.* Jam quod ait in omnibus ſcriptis codicibus à ſe inſpectis legi *ſuper inæquales*, diſſentit omnino unus inſtar omnium Mediceus, qui ſtat pro vulgata ſcriptura. Et ſane non Mæander & Iliſſus tantum, ſed quicquid ubicumque amnium eſt leni meatu prorepentium, per planos & æquales labuntur agros. At vero, ne operoſius aliorum ſententiis refellendis immoremur, proponamus tandem caſtigationem noſtram, in qua minimum nobis permiſimus.

Subpar gracili lenis Iliſſos
Ubi Mæandro ſuper æquales
Labitur agros piger, & ſteriles
Amne maligno radit arenas.

Subparem gracili Mæandro Iliſſon facit, quod flexuoſus Mæandri in modum prorepat. Nota Papiniana illa è Thebaide, *amfractu riparum incurvus Iliſſos.* quapropter & recte cum Mæandro Phrygiæ fluvio comparatur. *gracilis Mæander*, non tumidus aut inflatus. ſic & *gracilis Achelous* Hercule Oetæo eidem Senecæ:

Nos Acheloi ſolitæ tecum
Pulſare vadum, cum jam tumidas
Vere peracto poneret undas,
Gracilíſque gradu ſerperet æquo.

Minimum itaque aberrarunt à ſcopo, qui *per graciles agros* in Senecæ loco corrigebant: niſi quod tunc minus commode procedit comparatio Mæandrum inter & Iliſſon. Nam Mæander non per campos Phrygiæ ſteriles, ut per Atticos Illiſſus, infecundos plane, ſed per arva frugis opima labitur. Parum autem indulſimus nobis, pro *Ubi per* reponentes in Seneca *Subpar.* cujus vocabuli prima littera cum extrita eſſet aut omiſſa, anſam loco præbuit interpolando. *Subpar* non *ſuppar* tribus quatuorve

locis

locis exaratum liquido inveni in vetuſtiſſimo Voſſianæ bibliothecæ Auſonio, etiam in Apuleii codicibus frequenter. ut Met. VI, *Venus ſuavi Muſicæ ſubpari greſſu formoſe ſaltavit.* ubi vide ne ſcribendum ſit, *ſubpari geſtu. geſtus* enim eſt proprie manuum, in quibus ſaltationis vis præcipua apud antiquos conſiſtebat, uti pluribus ad Naſonem memini monere. *formoſe ſaltavit*, hauſtum è Propertiano illo de Cynthia:

Quantum, quod poſito formoſe ſaltat Iaccho.

Jam tollebam manum de tabula pertæſus quodammodo digreſſionis plus æquo productæ, cum recordatus ſum Naſoniani loci Triſtium ſecundo ad Auguſtum Cæſarem, ubi *ſubparis* vocabulum etiam reſtituendum:

Non tua carminibus major ſit gloria, nec quo,
Ut major fiat, creſcere poſſit habet.
Fama Jovis supereſt. tamen hunc ſua facta referri,
Et ſe materiam carminis eſſe juvat.

Corrigo, inquam, *Fama Jovi ſubpar.* cum τὸ *ſupereſt* ſenſum ſatis commodum haudquaquam efficiat. Auguſtum nimirum Jovi comparat, ut alibi frequenter. τῷ *ſubpar* ſuperſcripſerat nonnemo τὸ *eſt* interpretamenti loco. unde is error poſtea profluxit, ut pro *ſubpar*, reponeretur *ſupereſt*. Et hæc quidem hactenus. Quod ſi locum Senecæ vexatiſſimum aſſerui non infeliciter, poſt irritos conatus tot principum in hac litteratura virorum, eſt ſane cur me haudquaquam curæ intentioris pœniteat. Sin minus, ſpero equidem fore, ut alii inter eruditos, quibus ſæculum hoc ſpectatur, meo invitati exemplo, induſtriam ſuper eodem loco acuant, eamque meliore cum ſucceſſu experiantur.

Pag. 25. *verſ.* 1. *natus equeſtri loco*] Suſpicor à manu antiqua olim fuiſſe *eſtri loco* vel *reſtri.* hoc eſt *rureſtri.* ruri enim mercenarium fuiſſe Marium, in eo ſcriptores conſentiunt. ſic alibi apud noſtrum *crepantes* pro *diſcrepantes*, omiſſa prima ſyllaba, dederat librarius. *Pag.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Pag. 33. *verſ*. 17. *poſt* poteſt *adde* haudquaquam incommode.

Pag. 34. *verſ*. 24. *poſt* audiuntur, *adde: In metu* dictatores ſolitos creari innuitur quoque illo Liviano è libro VII, *Terror inde vanus belli Etruſci Dictatorem dici coëgit. Ilico timuiſſe poteſtatem:* cum ultra ſemeſtre temporis ſpatium vix ſoleret prorogari dictatura.

Pag. 35. *verſ*. 5. *poſt* dixit *muta punctum in comma, addendo:* Sive pro ordine tribunalis: quomodo in caſtris Varum Quinctilium jus dixiſſe infra videbimus.

Ibid. *verſ*. 24. *poſt* acciperet *adde*: Ubi malim, *tantum non ut civicam.* ut coronam deſignet civicam, quæ dabatur ob cives ſervatos.

P. 45. *verſ*. 29. *pro* Naſone *lege* hoc Naſonis loco.

Pag. 49. *verſ*. 1. dele, *oram maritimam deſignat*.

Pag. 52. *verſ*. 18. *Cauſæ, non Pompeio, ſummam imperii detulerunt*] Dele ſubſequentia, & repone, Gronovius in Obſervationibus, *cauſæ nomine Pompeio.* probabili conjectura. Lipſius *cauſa nominis.* aliud certe voluit Velleius, quam vulgata præ ſe fert. Forte, *Pompeio non cauſæ.* Libertas enim cum in cauſam belli obtenderetur, Pompeio, qui jam gravis eſſet libertati, ſumma imperii non fuit deferenda. Eamque ob rem cogitabam aliquando, *non caute Pompeio.*

Pag. 59. *verſ*. 37. *poſt* interponatur. *adde:* Vulgata tamen ſcriptura habet quoque, quo ſe tueatur. *actæ rei*, rei geſtæ.

Pag. 70. *verſ*. 19. *dele verba*, Simile quid & de Othone Tacitus.

Ibid. *verſ*. 23. *poſt* petit. *adde:* De ejuſdem temulentia Plutarchus, & Naturalis Hiſtoriæ lib. XIV, cap. XXI Plinius. hinc Macrobio in Saturnalibus teſte *canis ad Nilum* dictus eſt ab adverſariis per jocum Antonius facete, quod fugeret & potaret ſimul. Caſtigandus hac de re Propertii locus lib. III El. x. ubi de Cleopatra & bello Actiaco:

Brachia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Brach' aſpectavi ſacris admorſa colubris,
Et trahere occultum membra ſoporis iter.
Non hæc, Roma, fuit tanto tibi cive verenda,
Dixit, & aſſiduo lingua ſepulta mero.

Poſtremum verſum de Antonio eſſe capiendum quis non videt? Nec tamen liquet, quid τὸ *dixit* hic loci ſibi velit prorſus ἀπροσδιόνυσον. quapropter aut cum parente meo repone,

Et ducis aſſiduo lingua ſepulta mero.

Aut quod mihi aliquando videbatur in hunc locum incidenti,

Et dux aſſiduo lingua ſepulta mero.

Quod genus epexegeſeos familiare Propertio. ſic alibi *pellitos ruſtica corda patres* dixerat. *ſacræ colubræ*, quod ſacræ Iſidi aſpides.

Ibid. *poſt verſ.* 36. *inſere*: Lib. III Eleg. VII denuo idem Propertius:

Inmorſo æquales videant mea vulnera collo.

Sic & ibi ſcribendum.

Pag. 71. *poſt verſ.* 17. *inſere*: Ni mavis tamen hoc Propertii loco,

Et ſecta è fœtis anguibus exta trahunt.

Quomodo apud Naſonem,

Extaque fumoſis ſecta dedere focis.

Certe codices vetuſti immane quantum turbarum cient hic loci. quorum plerique, *Et lecta exectis anguibus oſſa.* Voſſianus, *Et læta exectis anguibus.* Modianus, *Et lecta ex fectis.* pro *ex fœtis anguibus.* Mentelianus, *ex ſatis.* Meus, *ex actis.* Codex, quo magnus Scaliger eſt uſus, & cujus excerpta penes virum illuſtrem Conſtantinum Hugenium Zulichemium adſervantur, pro diverſa lectione, *exta*, cum *oſſa* in contextu exhibeat. Si quis priorem conjecturam malit, meminerit velim, *ſeros ignes* de rogalibus intelligendos, quomodo & aliis ſcriptoribus paſſim dicuntur, ut & *ſupremi ignes*, & *extremi.* de quibus complura ad ipſum Propertium. qui libro I El. XV,

Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Conjugis Evadne ſeros elata per ignes.

Ubi *miſeros ignes* minus convenienter nunc eſt legere. Oſſa autem ſemicremata à veneficis colligi e rogis ſolita, notius eſt, quam ut pluribus exemplis adſtrui mereatur.

Certaque de tepidis colligit oſſa rogis,

Apud Naſonem Medea. apud Tibullum venefica lib. I El. II, *de tepido devocat oſſa rogo.* Par uſus in magicis extorum anguineorum. Mox lege apud eund. Propert. verſibus proxime ſubſequentibus:

Et ſtrigis inventa per buſta jacentia plumæ,
Vinclaque funeſto lanea vitta toro.

Libri vulgati ſine ſenſu,

Cinctaque funeſto lanea vitta viro.

Verum in codice meo non *Cinctaque*, ſed *Junctaque.* Torum mortualem, quo functi fato deferebantur in rogum, vittis fuiſſe velatum alibi probabimus. *tori* & *viri* vocabula frequentiſſime in vetuſtis confundi membranis ad Naſonem jam olim exemplis non paucis hanc in rem prolatis oſtendimus. *buſta jacentia*, jam collapſa. Nunc ad rem è deverticulo. *ſaniem* pro veneno poni jam vidimus.

Pag. 72. *verſ.* 4. *poſt* ſui *adde:* Tum & optima membrana apud eundem Naſonem Met.

Ibid. *verſ.* 5. *poſt* fugæ eſt *adde*: Juſtinus lib. XLII: *Scythæ autem contenti victoriæ de populata Parthia in patriam revertuntur.* Ita nempe Fuldanis in codicibus repertum ſibi aſſeverat Modius. Scævola Leg. 37. §. *nuptura* D. de Leg. 3. *Quoniam in his expreſſis, ut contentus eſſet partis dimidiæ dotis.*

Pag. 80. *ante lin. penult. adde,* Maro Æneid. XII. v. 834. *Sermonem Auſonii patrium moreſque tenebunt;*

Utque eſt nomen, erit. commixti corpore tanto
Subſident Teucri. ita in duobus codicibus

ſcriptis inveni, Menagiano altero, altero Rottendorphio, recte ſine dubio. vulgati perperam, *commixti corpore tantum.* Nec melius, quod è ſuis prodit Pierius Valerianus, *ſanguine tantum.*

I N-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

INDEX CASTIGATIONUM VELLEIANARUM.

Prior numerus librum, proximus caput libri, quo referuntur annotata deſignat.

A.

A Suis deditus. II, 114.
Abſciſus. II, 66.
Accendi in imitationem. I, 17.
Acceſſio quanta virtutis. II, 26.
Accius & Pacuvius. I, 16.
Acta civitatis. II, 60.
Ad libitum. II, 82.
Adactus ad confeſſionem. II, 90.
Adactus in ſocietatem. II, 116.
Adacta tela. II, 80.
Addicere ſe alicui. II, 18.
Adeo. II, 33.
Advocare exercitum. II, 110.
Æmilia gens. II, 114.
Æque. II, 7.
Æque ac. II, 37.
Affectare magnum comitatum. II, 40.
Agminibus pugnare. II, 46.
Agnoſcere in ſe crimen. II, 95.
Alexandrea. II, 87.
Alæ & cohortes. II, 113.
Aliqua pœna. II, 126.
Aliud dixit ac ſenſit. I, 12.
Animo volvere bellum. II, 46.
Animo evectus ſupra naturam humanam. II, 41.
Animi bellique fortiſſimus. II, 27.
Anno poſt biennium. I, 14.
Annuum ſtipendium conferre. II, 39.
Appetens majora. II, 6.
Argui alicujus rei. II, 33.
Auctor ab augendo. I, 13.
Audet cum Deis queri. II, 130.
Audita & ſpectata. II, 121.
Auguſtæ domus violator. II, 101.
Avita clementia. I, 12.

C.

CÆleſtis vita Sullæ. II, 24.
Calpurnia Antiſtii ſc. uxor. II, 88.
Caninifati & Caninifates. II, 105.
Cauſæ non Pompeio ſummam imperii deferre. II, 49.
Cedere mundo. II, 66. Victoria. II, 85. In emolumentum. II, 105.
Cenſura & cenſus. II, 9.
Ceterum. II. 47.
Ciere ſeditionem. II, 20.
Circaque. I, 3.
Circumdata lævo brachio togæ lacinia. II, 3.
Circumfundi.
Cive major Pompeius. II, 31.
Cogitato celer. II, 73.
Cogitatio regia. I, 10.
Comes militiæ. II, 59.
Comica nova. I, 16.
Conata obire. II, 35.
Concilia. II, 77.

Con-

Conciliare invidiam alicui. II, 56.
Concutere urbis ſtatum. II, 2.
Conſequi. II, 36.
Conſtans ex dignitate. II, 28.
Conſtituta arma corripere. II, 110.
Contentus lati clavi, pro lato clavo. II, 88.
Continens Iſthmos. I, 3.
Contra Brundiſium. II, 77.
Corinthus clauſtra Peloponneſi. I, 3.
Corpus imperii. II, 109.
Cum Deis queri. II, 130.
Cunctatio regia. I, 10.
Cupiti interritus. II, 45.
Cura major. II, 90.
Curis maturus. II, 99.

D.

DEcorum Romanæ tragœdiæ. I, 16.
Dictatura maximæ auctoritatis apud Romanos. II, 28.
Dignitas formæ. II, 26.
Dilati libelli conjurationem nuntiantes. II, 57.
Dirimi gradibus ætatis. II, 36.
Docere pro monere. II, 118.
Ducta colonia & deducta. I, 14.

E.

EFfluvium cerebri. II, 120.
Emanare. II, 114.
Emeritum virtute cognomen. II, 11.
Eminentiſſimi viri civitatis. II, 22.
Emolumentum pro profectu. I, 16.
Eniteſcere. I, 17.
Eniti aliquo. I, 17.
Ennius rudis. II, 9.
Eoque. II, 103.
Epiſtola de caſu Vari. II, 116.
Erigere brachium ſuper caput. II, 70.
Eripere conjurationi rempub. II, 34.
Eſſe deſiit. I, 12.
Et pro etiam. II, 116.
Evehi in ſummum laudis faſtigium. II. 30.
Ex alto reddere judicium. II, 28.
Excoli prudentia. II, 28.
Ex conſule ſortiri Aſiam. II, 33.
Exercere odium. I, 1.
Expromere indignationem. II, 19.

F.

FAbius Maximus. II, 17.
Facere ſui copiam, pro pugnare. II, 112.
Firmatus animus. II, 110.
Fluens & procumbens reſp. II, 16.
Fori fides. II, 126.
Foſſæ & mœnia urbis. II, 21.
Fracta Numidia. II, 39.
Frons januæ. II, 7.
Fundere hoſtem. II, 111.
Fuſti pro fuſte. II, 78.

H.

HOnora mentio. II, 116.
Honora Roma. II, 131.

I.

JAcet fiducia. II, 112.
Idem. I, 16.
Illata aſpis. II, 82.
Illibata pietas. II, 116.
Imago ſine vi. II, 30.
Immorari imperiis. II, 11.
Immorſus ſanioſus. II, 87.
Impelli avaritia. II, 33.
Importare. II, 114.
In ærarium ſtipendium conferre. II, 39.
Inceſtare mare prædationibus. II, 73.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Inclutum par conſulum. I I, 46.
Incondita turba. I I, 14.
Incultæ nationes. I I, 50.
Inculti loci. I I, 116.
Indemnes partes. I I, 52.
Indoles ſingularis. I I, 59.
In emolumentum cedere. I I, 105.
Infelicior vita. I I, 66.
Ingeniorum ferocia. I I, 114.
Ingreſſus eſt Rhenum petere pro aggreſſus. I I, 119.
Inimicitiæ fraternæ. I, 9.
Initus veris. I I, 105.
Injuſſa voluntas. I I, 126.
In mediocria ſævire. I I, 21.
In omnia. I I, 69.
Inopia locorum. I I, 54.
In parvo, I I, 126.
Inquam. I, 16.
In re modica. I I, 68.
Inſania pecuniæ. I I, 33.
Inſolens pacis. I I, 110.
Inter modica ſervari. I I, 68.
In urbe primus eſſe. I I, 33.
Jubar ex nomine. I I, 54.
Jungere conſulatum præturæ. I I, 64.
Juſſa diviſio. I I. 74.
Juſtitiæ dari. I I, 35.
Jutus ſegni providentia. I I, 120.

M.

MAjor cive Pompejus. I I, 32.
Manifeſta quies. I I, 70.
Marcius vel Martius Narbo. I, 15.
Marte ſpiritum reddere. I I, 15.
Medius animi. I, 9.
Metu aliquid deſiderare. I I, 28.
Metu nullo compelli potuit. I I, 41.
Metu finitimo remoto. I I, 113.
Moliri animo bellum. I I, 46.
Motus pro febre. I I, 123.
Munera theatri. I I, 48.

N.

NÆ nimium veri ignarus eſt. I I, 23.
Ne quid dubites. I I, 85.
Nimium veri ignarus. I I, 23.
Nomen ſine re, inane nomen. I I, 30.
Nota habere facilius. I I, 38.
Noxia & noxa. I, 12.
Noxiorum præcipue ultio. I I, 125.

O.

OBſirmatus animus. I I, 110.
Obtineri caſtris Pompeii. I I, 51.
Occurſus ad urbem. I I, 89.
Omnia omnibus eſſe. I I, 82.
Omnis ſæculorum memoria. I I, 66.
Ora Aſiæ. I I, 42.
Ordo tribunalis. I I, 117.

P.

PActa affinitas. I I, 65.
Pæne ſatiatus. I I, 64.
Contentus. I I, 88.
Par ſibi æſtimatio & æqua. I I, 97.
Parem confeſſionem extorquere. I I, 39.
Pari virtute ſe vindicare. I, 1.
Partes & univerſum opponuntur. I I, 126.
Permiſſa aqua publica. I I, 81.
Perſeus, Perſes & Perſa Rex. I, 9.
Pinus, Pinetis, dux. I I, 110.
Placidiſſimo lenior. I I, 25.
Pollutus Milo I I, 49.
Pompeii magni formæ dignitas. I I, 28.
Pop. R. Imperatores. I I, 69.

Poten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Potentia male cohærens. I I, 47.
Poteſtati alienæ ſe permittere. I I, 37.
Præferens matura. I I, 116.
Prænitet origo ejus. I I, 59.
Prævaricantia fata. I I, 12.
Preſſius audire cauſas. I I, 19.
Primi ordinis centuriones. I I. 112.
Proavita miniſteria. I I, 126.
Proconſule. I I, 4.
Producere. I I, 126.
Proprætore dux claſſis. I I, 77.
Proprium eloquentiæ nomen. I I, 9.
Proximus culpæ. I I, 114.
Publica refecta. I I, 81.

Q.

QUe ac & redundant eleganter. I, 8.
Quidam ignobilis. I I, 64.

R.

REcipit mortalis conditio. I I, 2.
Regredi, & pugnare contraria. I I, 119.
Rei cauſa perſona moram exigit. I I, 117.
Re Romanorum adverſa geſtum bellum. I I, 1.
Rem proſpere gerere. I I, 102.
Res modica. I I, 68.
Res & perſona opponuntur. I I, 68. 118.
Repetere aliquid ex amiſſis. I I, 68.
Reus jugulati civis. I I, 128.
Refecta publica. I I, 81.
Rudes Ennius & Lucilius. I I, 9.
Ruens ſuis viribus hoſtis. I I, 111.

S.

SAlutem indulgere. I I, 116.
Sane. I I, 37.
Sanioſus morſus. I I, 87.
Seditio theatralis. I I, 126.
Sedem capere Lesbon inſulam, I, 3.
Sentina flagitiorum merſus. I I, 91.
Simillimus Diis. I I, 35.
Simulare & mentiri aliquem. I, 9.
Singuli parentes. I I, 9.
Sociati conſilii ſuſpectus. I I, 35.
Solitum præſidium. I I, 111.
Sua virtute eminere. I I, 26.
Subpar. I, 17.
Subveniens exercitus. I I, 113.
Sub aliquo duci in triumphum. I I, 4.
Subire navibus Tibrim, I I, 45.
Sub nomine. I I, 27.
Subpar ætas. I, 16.
Suo voto mortem obire. I I,

T.

TEmerare pretio omnia. I I, 60.
Temulentus Antonius. I I, 87.
Tenax exempli ſui. I I, 84.
Totus orbis. I I, 31.
Tribunatus Clodii. I I, 45.

V.

VAcillantes animi. I I, 119.
Venditare pro licito. I I, 101.
Vergere in diverſas agrorum partes. I I, 27.
Verſæ ad orientem provinciæ. I I, 101.
Verſus Palatium. I, 15.
Vici exuſti. I I, 114.
Vile damnum. I I, 46.
Virtute avo ſimillimus. I I, 35. Dis ſimillimus. Ibid.

Vir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Virtuti convenientiſſima diſciplina. I, 6.
Vis tribunitiæ poteſtatis. II, 30.
Ad viſendum obire provincias. II, 101.
Vitato, ne in id incideret. I, 17.
Ullibi. II, 67.
Una morte multa crimina redimere. II, 87.
Undicumque. II, 99.
Univerſa Græcia. I, 12.
Unumquodque corpus. I, 16.
Voluntas publica. I, 15.
Volvere animo bellum. II, 46.
Volutare in libidinibus. II, 48.
Vovere porticum in Capitolio. II, 3.
Urbis ſtatum concutere. II, 2.
Urbis jus Capuanis reſtitutum. II, 44.
Urbs Roma & Romana. II, 111.
Uſus balnei. II, 114.
Ut corpore ita animo immobilior. II, 117.
Utcumque diverſo tempore. II, 94.
Utilitatis & virtutis temperamentum. II, 111.

Corrigenda & mutanda.

Pag. 21. *verſ.* 19. *poſt* παραβαίνοντας *pone* comma.
Pag. 34. *verſ.* 18. *pro* Sylla *lege* Sulla.
Pag. 35. *verſ* 9. *poſt* inhærere. *adde* idem.
Ibid. *verſ.* 12. *poſt* multis *adde* comma.
Ibid. *verſ.* 20. *pro* Syllana, *lege* Sullana.
Pag. 37. *verſ.* 31. *poſt* Caſaubonus *pone* comma.
Pag. 45. *verſ.* 35. *poſt* legis *pone* comma.
Pag. 49. *verſ.* 16. *poſt* puto *adde* comma.
Ibid. *verſ.* 34. *poſt* Lege, adde *verum*.
Pag. 54. *verſ.* 17. *poſt* Poſſis & *adde* comma.
Ibid. *verſ.* 18. *pro* hoc *lege* quod id.
Pag. 58. *verſ.* 29. *pro* ſed *lege* at vero.
Pag. 70, *verſ.* 20. *pro* Antonium *lege* eundem.
Ibid. *verſ.* 31. *pro* habemus *lege* habuimus paulo ante.
Ibid. *verſ.* 34. *pro* que aſperi *lege* ſpectavi.
Ibid. *lege* Colubris *cum minuſculo* c.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 43